

Samuel Bochart
genannt

1161.

- + +
- ¶ 10.) fd. de criminis causa Majestatis
11.) fd. de dannalili extra matrimoniū rehabilitatione
12.) fd. de cœde hominis
13.) fd. de incendio vi publica et criminis falso
14.) fd. de criminis reprehendetur 15.
15el 16.) fd. De iudicio criminali
17.) fd. de assessoribus iudiciorum Co.
18.) fd. de procuratoribz et advocatez fd. Crim.

Hofmannsche



| | Profer. | Refi. |
|---|----------------------------|-------------------------|
| 1. Anterior et transmutatione eisq; iure et iuris et graduatione ore, et horum — — — | Capp. Zieglerg | Aug. Lohse. |
| 2. de purgatione saponicā — — | Wils. Zysberg — | Bald. Boni. Grunig. |
| 3. et auxiliis pestis. in interno sexu femino et puerorum et Saxon. presente + — — | Ioud. Kersberg | Fran. Henr. Hilbri. |
| 4. et iure pernicioſe filiorum fam — | W. Theod. Martin | Adam. Ch. W. Jacob. |
| 5. et Dno revocabili — — | Mis. Frid. Lederer | Jo. Quod. Koenig. |
| 6. et puto arthritiquo — — | Concord. Ritter | Fran. Maria. Schröder. |
| 7. et puto arthritiquo — — | Mis. Frider. Lederer | Indfr. Beringer. |
| 8. Rosenthal: ad quod dmp. FRD. O. in obit. C. de Falzus pro parte | Godefr. Guerry | — |
| 9. Collegium Brimihale N. | Wern. Theod. Martin | — |
| 10. de inquisitione Crimi — — | — idem — | Gottfrid. Meyer. |
| 11. et transmutatione astorum — — | — idem — | Jo. Gabriel. Löffel. |
| 12. et carceribus et iuri et abuso | — idem — | Con. De Laffey. |
| 13. et curandibus — — | Ioud. Kersberg | Georg. Bechtig. Gronig. |
| 14. et iuste retributio[n]is — — | Wils. Zysberg | Jo. Quod. Beringer. |
| 15. et recuperacioniby — — | — idem — | Sym. Brodys. Knipph. |
| 16. et recuperacioniby — — | Capp. Zieglerus | Biblob. Graebes. |
| 17. et immutabilitate et mu- tabilit. iuriis — — | Wils. Zysberg | Jo. Frid. Gottberg. |
| 18. et iusto iuriis hom. qd in f. d. ex emptionis p[ro]p[ter]e p[ro]p[ter]e rei emb ante hadit entito facit — — | Ioud. Kersberg | Wm. Lohse. |
| 19. et testam. p[ro]p[ter]e municipati onem facta + — — | — idem. Frid. Gott. Kolbe. | |
| 20. et testamenti factio[n]e pastora eccl[esi]is induita — — | Georg. Melis. Thilo | Jo. Gottfr. Bruckner. |
| 21. et possessione — — | Capp. Zieglerg. | Jo. Hoff. |
| 22. defor[men]es censu[les] — — | Wils. Zysberg | Paul. Conrad. Körner. |

| | | | |
|-----|---|----------------------|-------------------------|
| 32. | d <i>jure feriarum</i> | mid. Frid. Ledererij | Henr. Gott. Vitterbind. |
| 33. | d <i>o<i>n</i>ti & p<i>ro</i>gen<i>i</i> p<i>ro</i>vis<i>io</i>n<i>s</i></i> | W. Theod. Martin | W. Theod. Coritzymig |
| 34. | d <i>le<i>ge</i>re<i>st</i>ro</i> | — | — |
| 35. | d <i>jure q<i>ui</i>nen<i>r</i>al<i>it</i></i> | M. Frid. Ledererij | W. G. Henr. C. Fr. |
| 36. | d <i>l<i>e</i>c<i>ar</i>ij<i>p</i> R<i>o</i>m<i>an</i> d<i>u</i>p<i>i</i></i> | Paul. Novgor | mid. P. Hymig. |
| 37. | d <i>f<i>ru</i>nd<i>b</i>y</i> | P. tribs. Ledererij. | P. Siegn. Thommib. |
| 38. | d <i>jure m<i>erc</i>ator<i>io</i></i> | Paul. Novgor | Cyp. Arnold Grzymig. |
| 39. | d <i>l<i>e</i>ge R<i>o</i>m<i>an</i>o<i>n</i></i> | Gribyj. V. Kotor | P. Paul. Chirurg. |
| 40. | d <i>ut<i>ri</i> q<i>ui</i>lib<i>t</i> r<i>io</i>le<i>nt</i>as</i> | Gedofr. Danib | D. von Gotlob Gabler. |
| | d <i>manu<i>m</i> i<i>nf</i>er<i>v</i>e<i>nt</i>?</i> | | |
| 41. | d <i>q<i>u</i>ditione c<i>a</i>n<i>a</i> d<i>a</i>t<i>a</i>, c<i>a</i>n<i>a</i></i> | idem | Aug. Janig. D. v. im |
| | d <i>n<i>on</i> f<i>ec</i>ut<i>a</i></i> | idem | P. Georg. H. C. |
| 42. | d <i>l<i>o</i>tan<i>j</i> erg<i>in</i>str<i>u</i></i> | | |

Q. D. B. V.
COLLEGII CRIMINALIS PUBLICI
DISSERTATIO SEXTA
De
CRIMINE REPE-

TUNDARUM, FRAUDATÆ
ANNONÆ, AMBITUS, PECU-
LATUS, SACRILEGII,

Nec non,
DE CRIMINIBUS EXTRAORDINARIIS.

Quam

Consensu Magnifici J^Ctorum Ordinis
in Academia Wittebergensi

P R Ä S I D E

VIRO NOBILISS., CONSULTISS., EXCELLENTISSIMO

DN. WERNERO THEODORO MARTINI,
J. U. D. & PAND. P. P. CELEBERRIMO, CONSI-
LIARIO SERENISSIMI ELECTOR. SAXON. CURIÆ ELE-
CTORALIS, CONSISTORII ECCLESIASTICI, FACULTA-
TIS ET SCABINATUS ASSESSORE GRA-
VISSIMO,

*DN. Patrono, Præceptore ac Promotore maxi-
mè venerando,*

Publicæ ventilationi exponit,
DANIEL CALOVIUS,

Margrabovvâ-Prussus.

In Auditorio J^Ctorum A. D. XIV. Junii.

WITTEBERGÆ, LITERIS MICHAELIS Wendt/Anno 1666.

COTTENI CRIMINALIS MATRICI
VOIR O

MAXIME REVERENDO, MAGNIFICO,
AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO

DN. ABRAHAM CALOVIO,
D.P.P. PRIMARIO, CONSISTORII EC-
CLESIASTICI ADSESSORI, PASTORI AC
ELECTORATUS SAXONIÆ SUPERIN-
TENDENTI GENERALI,

DOMINO PATRONO PROMOTORI ET PATRUO
summā observantiā etatem pīe, sanctęq; devenerando

Hæcce

Devover

DANIEL CALOVIUS.



I. N. D. N. J. C.
DISSERTATIO CRIMINALIS SEXTA

De

CRIMINE REPETUNDARUM,
ANNONÆ AMBITUS, FRAUDATÆ, PE-
CULATUS, SACRILEGII, &c.

nec non

DE CRIMINIBUS EXTRAORDINARIIS.

RESPONDENTE

DANIELE CALOVIO, Marggrabovvâ-Prussô!
CAPUT PRIMUM.

De

CRIMINE REPETUNDARUM, SEU
PECUNIIS REPETUNDIS.

Ad Tit. Digest. & Codicis de Lege Julia Repe-
tundarum.

S U M M A R I A.

1. Connexio, officio satisfaciat.
2. De crimine Repetundarum inter varias Romanas Leges eminet L. Julia à C. Julio C. sare lat. .
3. Criminis Repetundarum descriptio.
4. Precipue Lege Julia Repetundar. notatur Magistratus vel Judex pecuniam accipiens, quo magis aut minus judicis
5. Jure quoq; Divino prohibetur Judex munera capere ad oppressionem innocentium.
6. Quenam sit differentia inter Munera & Xenia, Xeniola, esculenta & potulenta judici oblatas.
7. Lex Julia non saltem pertinet ad Magistratus Provinciales Romanorur, sed & urbanos

Ecc

& Mu.

- Et Municipales.
8. Barrataria quid, & quis Iudex Barratarius, Nummarius, Sordidus &c.
 9. Cum quibus criminibus hoc Repetundarum crimen sit commune & familiare.
 10. Dupliciter sordibus maculatur Iudex, & pecuniam ab invito extorquendo, & eandem a volente accipiendo.
 11. Sordidus Iudex evadit, non solum pecuniam donatam accipiendo, sed ex alio quoque contractu commodum captando locationis, venditionis, &c.
 12. Sordium reus est quivis Iudex, si pecuniam accipiat, sive ordinarius, sive arbiter, sive causa civilis sit, sive criminalis, sive contra iustitiam peccet, faciat, committendo vel omittendo.
 13. Vel ob minutissimam quantitatem Iudex hujus criminis Reus est.
 14. Extra Xenia & Esculenta vel uno nummo peccatur a Iudice, quod animus hic consideretur.
 15. Obst. l. 6. §. 2. in f. ff. D. leg. Jul. que conciliatur.
 16. Intellectus §. 1. l. 7. ff. de l. Jul. repet.
 17. Ixoris donationes in matrimonium collatae, non debent esse immodicae.
 18. Questiones quatuor circa hoc crimen.
 19. Rationes pro questione prima.
 20. Rationes decidendi questionis secunde.
 21. Pro tertia questione affirmativa rationes.
 22. Rationes decisiva quartae questionis.
 23. Si Iudex post latam sententiam munera accipiat.
 24. Negativa communis.
 25. Dissentiens opinio Antonii Mattiae.
 26. Sententia media.
 27. Quomodo ad hoc crimen pertineat falsum testimonium.
 28. Num Tutores & Curatores sordibus corrupti ad hanc pertineant Legem Jul. repetund.
 29. Ob munus publicum quis hac lege teneatur.
 30. Comites & Ministri Iudicis tenentur quog. bac lego.
 31. Centuriones & milites male circa pecuniam versantes publicam



- Elicam hanc legem tenetur. munera accipiendo.
 32. Quomodo Legati repetundis. 33. Poena hujus Criminis Civilis
 darum crimen incurvant & Criminalis.

R Criminibus Publicorum Judiciorum restant adhuc nonnulla, quæ libris ff. & Cod. recensentur, De quibus nunc capitulo ordine, & de singulis quidem separatim, erit nobis breviter differendum. Primum inter ea est REPETUNDARUM Crimen, seu de Pecuniis repetundis, De hoc Romani varias habuerunt LL. quas recensent partim alii, Siganius, Anton. Matthäus d. criminib. ad lib. 48. ff. tit. 8. cap. 1. n. 1. Nos contenti sumus Lege Juliana à C. Julio Cesare latâ, cuius mentionem faciunt rubrica & ff. & C. Et est quidem Delictum publicorum judiciorum, quo Judex, vel ille, qui Magistratum gerit, vel qui alii cuipiam officio publico praeest, sordibus & pecunia aliis ve donis corruptus, vel sine officio transgreditur, vel minus eidem satisfacit. Nimirum Lege Julia potissimum haec improban tur facta: (1) quando ille, qui aliquam potestatem habet, pecuniam obiudicandum vel decernendum acceperit: eo nempe fine, quo magis aut minus quid ex officio suo faceret. l. 3. & 4. ff. de leg. Jul. repetund. Et urbani quidem Magistratus ab omni sorte abstinere jubarunt, nec plus dono vel muneric in anno accipere, quam aureorum centum. l. 6. §. 7. in f. ff. De leg. Jul. repetund. Quod Jus civile concors etiam est divino, quo prohibitum est, ut Judex munera accipiat ab iis, quibus justitiam debet administrare, quia munera excecant oculos sapientum ac pervertunt verbajustorum. Deut. 16. 1. Reg. 8. Paralipom. 18. adeo, ut Ethnici crediderint & Deos flecti & donis placari potuisse, secundum illud: Munera, crede mibi, placant homines, Deos. Ubi tamen non negligenda venit differentia inter Munus, 6 quod offertur Judici, & Xenium vel Xeniolum. Quod si enim Xenium aliquod offeratur Magistratui in signum reve-

Ecc 2

ren-

rentia, amoris, tanquam hospiti vel circa actum inaugurationis, illud ad hoc crimen pertinere non videtur, cum Xenia non sint producenda ad munerum qualitatem, Concepta est hanc in rem l.6. §.3. ff. de offic. proconsulis, quæ ita habet: Non vero in totum Xenius abstinere debebit Proconsul, sed modum adjicere, neq; morosè in totum abstineat, neq; avare modum Xeniorum excedat, secundum illud proverbium, *ḡte n̄ v̄ta, ḡte n̄ iāt̄o, ḡte w̄d̄j p̄n̄ta*, neq; omnibus, neq; quovis tempore, neq; ab omnibus, nam valde in humanum est, à nomine accipere, sed passim, vilissimum est, & omnia, avarissimum. Et quod mandatis continetur ne donum vel munus ipse Proconsul, vel qui in alio officio erit, accipiat, ematve quid, nisi vietus cotidianicasa, ad Xeniola non pertinet, sed ad ea, qua edulium excedant usum. Vide Dionisium Goto-
7 fredum in not. ad l.6. ff. d. off. procons.

Quamvis verò hoc judicium propriè videatur à Romanis saltem applicatum fuisse ad solos Magistratus Provinciales, qui mitiebantur in Provincias Romanæ ditioni subjectas, illud tamen etiam ad Urbanos, imo ad municipales & omnes, qui officio & ministerio publico præsunt, extendiverius est. l.1.3.4.6. §.2.1.7. l.9.

ff. Del. Jul. repetund. Et hoc crimen, quo Judex, ut male judicaret, corrumperit, à Criminalistis barbaro vocabulo dicitur Barrataria, quod Jūstitiam, quæ est anima civitatis barratet, id est, per multe jūstitiam pecuniā. & Judex vocatur Barratarius & antiquis Judices corrupti dicti sunt etiam Sordidi, Nummarii, Mercenarii, Donivori & Fabas edentes. Bosc in tit. d. off. corr. judic. Tiber. Decian. l.8. c.33. n.9. Petr. Theodor. Coll. Crim.

9 diss. 9. th. 1. lit. A. Ubi illud ipsum confert Crimini La & Majestatis, Simonie, assassinie, Sacrilegii, quo peccetur contra Deum,
10 jūstitiam, proximum, conscientiam, & officium &c. Et ut de Sordibus Magistratus pergamus aliquid dicere: Ille videtur duplici modo hoc crimine maculari (1) ab invito aliquid prætextu juris extorquendo l.1. l.2. l.4.5. C. adl. Jul. repetun.
l.1. ff.

l. ff. d. concussi. quod evitando C. d. condic. ob turp. causam de qua concusione habebimus circa crima Extraordinaria, cum & à privato committatur; (2) præcipue verò Repe- tundarum crimen incurrit, si à volente & eo quidem, de cuius causa disceptatur, comodum aliquod percipiat, eo fine, ut pro eo in illius favorem sententiam pronun- ciet. l. 3. & 4. C. ad L. J. Repet. t. t. ff. cod. Novell. 8. c. 1. & 7. l. ult. C. d. remilitar. Ad quam corruptionem & sordes non solum il- lud refertur, si judex revera donum aliquod pecunia soluta & numerata accipiat, sed si quovis modo emolumen- tum sentiat, si nempè Litigans Creditor sit Judicis, eiq; debitum remittat, Ei pecuniam gratis det mutuam, aut alio quopiam contractu locationis, venditionis, Judicis gratificetur, ejus- que benevolentiam capet. l. 2. & 3. d. Calumniat. Menoch. c. 342. n. 36. l. pen. ff. adl. Jul. rep. cuius verba haec sunt: Eadem lex vendi- tiones, locationes ejus rei causa pluris minoris ve factas, irritas fa- cit, impedit q; usucaptionem, prius quam in potestatem ejus, à quo profecta res sit heredis ve ejus veniat. Nec ulla hic facienda est distinctio inter officium Judicis Nobile vel mercenarium, nec qualis sit causa, quæ agitur, num Civilis vel criminalis, nec Inter Judicem Ordinarium, vel Arbitrum, vel delegatum, neq; etiam num committatur faciendo & malè judicando, vel omissendo, & sententiam non ferendo, vel alium judi- cem subornando, protelando &c. Omnibus enim modis, si Judex pecuniam acceperit, vel commodo inhiaverit, si- nes officii est transgressus, cuius erat potius, omnem su- spicionem cane pejus & angue vitare, & prout loquitur Novella 18. c. 10. immobilem esse ut columnam in custodienda suā in- tegritate versi, si quis c. rev. 3. q. 9. Lex nempè Julia de repetundis præcipit, ne quis ob judicem arbitrum ve dandum, mutandum, ju- bendum ve ut judicet: neve ob non dandum, non mutandum, non ju- bendum, ut judice, neve ob hominem in vinclula publica conficien-

402 DE CRIMINE REPETUNDARUM,
dum, vinciendum, vincirive jubendum, exve vinculis dimittere
dum, neve quis ob hominem condemnandū, absolvendum ve: neve ob
litem estimandam, judiciumve capitis, pecunieve faciendum, ali-
quid acceperit l.7.pr.ff.de leg. Jul. Repet. Qua lege vivis qua-
si coloribus Judicis partes satis videntur delineatae &
13 expressæ. Dionis. Gorofred. ad b. l. lit. b. Nec quantitas, quæ
capitur, est hic consideranda, nec persona quæ dat, modo
sit extranea, Lex enim à nullo negat ullam quantitatem capere per-
14 mittit l.7. §. 1. ff. ad l. Jul. repetun. Et hoc adeo verum est, ut do-
ceant nonnulli extra Xenia & esculenta & potuenta, quæ intra
proximos dies prodigi & consumi possunt, crimen hoc vel uno num-
mo contrabiri posse ab extraneo: Quod magis in his delictis volun-
tas peccandi sit consideranda, quam modus, & quid, non quantum
admissum, foret. Anton. Matthaus d. criminib. ad lib. 48. ff. lit. 8. cap.
15 r. d. pecun. repet. n. 10. Nec huic sententiae ratione quantitatis
obstat. l.6, §. 7. in fin. ff. De leg. Jul. repe. ubi, in anno permisum est
accipere, non plus, quam aureorum centum. Explicat hanc le-
gem l. 18. ff. d. Officio Präsid. quod intelligenda sit de Xeniis
& esculentis. Quamvis non contemnenda sit Wesenbecü
interpretatio, quam habet in π. ad b. t. Quod extra officium
etiam omnibus sordibus Magistratus abstinere debeat,
neq; plus doni in anno accipere, quam forte 10. aureo-
16 rum. Et ita quoq; intelligendum esse §. 1. Apparet l. 7. ff. De
leg. Jul. repe. ubi dicitur: quod ab Exceptis personis in infinitum
capere liceat Judici muner a, nempe à Sobrinis, consanguineis, uxore:
re: Ni mirum non permittit lex à conjunctis personis do-
na sumere in infinitum, ratione & intuitu officii, nam ex
aliâ etiam ratione Magistratus judicare nequit in causis ux-
oris vel conjunctarū personarū. Sed loquitur illa de ca-
su extra rationem officii, cum verisimile sit non corrum-
pendi animo donare, sed dignitatis juvandæ. Harprecht. ad
17 § fin. Instit. d. Publ. Judic. Ubi tamen circa donationes ab uxo-
re



re factas tenendum; quod illæ permittantur L. Julia repetundarum quidem in infinitum, quod tamen de immo-
dicis non putant intelligendum esse; quod illæ sint prohi-
bitæ l.31. §. si Vir ff. d. donat inr. Vir & ux. Gotofred. in not. ad l.7. §.
l. lit. D. Sigismund Flach/ Colleg. Crim. Diff. 10. 1 b. 52.

Quæri circa munera, quæ Magistratui vel Judici dan- 18
tur, hic solet. (1) Numne & Magistratus Crimen repetundarum
committat, quod L. Juliu[m] vindicatur, sibi promiserit, quod velit
ipsius partibus favere, qui donat? Vel (2) si sola sit promissio mu-
neris facta, & spes lucris ob quam commotus [judex] sententiam tulit,
vel quid aliud fecit, vel non fecit, quod ipsius officii esset vel non
esset? (3) Num legem incurrat, si acceperit quidem, sed id, cuius
gratiâ accepit, non præstítit, & nihilominus justè judicaverit? (4)
An interstit[us] inter bonam vel malam causam, & Num & ille impin-
gat [judex], qui munera accipit ab eo, cuius litem videt esse bonam &
fundatam satis? Et ad omnes has quæstiones, secuti, com- 19
munem Dd. & Criminalistarum opinionem, Affirmative
respondemus. Quod enim primam attinet, Tacita vide-
tur hæc inesse conditio, quæ in futurum concepta firma
habetur l.6 ff. d.leg.1. Nec interest, an Magistratus simpliciter
accipiat pecuniam, vel expressè promitterat, se hoc vel
illud contra officium suum facturum aut omissurum.
Menoch. d. A. J. Q. c. 342. n. 28. l.1. & seqq. ff. ad l. Jul. repet. Vide
Boßum d. official. corr. n. 2. Petr. Theodor. Coll. crim. diff. 9. tb. 1. lt. B.
Ad secundum, nil accedere solidæ rationis opus est, cum 20
jam circa hoc crimen à nobis fuerit demonstratum, quod
non quantitas hic consideretur vel ipsa pecunia l.7. §. 1.
ff. b. t. sed animus corrupti Judicis. Bald. in l. venales C. quando
prov. non est necesse. Similis ratio militat pro quæstione
Tertia: quod non opus sit per fecisse id, cuius gratiâ pecu- 21
niâ data est; cum sola acceptio Lege interdicta criminis
Repetundarum nomen det, & locum faciat pænae L. Juliae;
nec

404 DE CRIMINE REPETUNDARUM
nec excusari potest accipiens, etiam si eum postea paenituerit, & factum, ob quod pecuniam accepit, implere recusaverit. Bald. in authent. sed novo jure C. d. puen. jud. quimal. judic. Decian lib. 8. c. 6. n. 36. Cum & tunc Judicem hujus Criminis afferant Reum Criminalistæ, si pecuniam accepit, non ut male, sed justè judicaret vel recte officio suo fungetur: quamvis bene officio functus sit. Harprecht. ad §. 7. Inst. d. Publ. jud. n. 10. l. 1. §. bestias d. postul. ult. C. ad L. Falcid. Menochius tamen illud limitat, si retineat Judex quod accepit, secus,

²² si restituat paenitentiā ductus ante sententiam. Quod denique Quarto: Causam concernit, nullam discriminis rationem invenio, cum utroq; casu impingat Judex in legem, quæ expresse vetat accipere, quo magis vel minus officium faceret, & turpiter illud quoq; datum censetur, quod in bona causa, si enim litigans videt eam esse justam, quare dat. Unde Sapientissimus Plato: *Tutius est Legibus ob temperare dicentibus, nulla pro Patria ministerio esse munera suscipienda: & Magistratus non magis debet orari de iis, quæ equa sunt, quam exorari in ea, quæ iniqua.* Cato. Vide Anton. Matthæum tit. 8. d. pec. repet. num. 7. Sigismund. Flach. Colleg. crim. disput. ult. lib. 45.

²³ Magis dubia circa Judicem vel Magistratum illa est quæstio: *Num Judex crimen Repetundarum incurrat, si post latam sententiā pecuniam vel munera acceperit, non ut facheret officium,*

²⁴ sed postquam fecisset?

Et illud quidem Negant Dd. & Criminalistæ communiter. Bartol. in l. Aquil. d. donat. Zafus in l. 35. n. 20. d. reb. Credit. Tiber. Decian lib. 8. cap. 40. n. 9. Menochius Farinac. & alii à Petro Theodorico & Anton. Matthæo allegati Autores.

²⁵ Sed contraria opinio arridet Antonio Matthæo ad lib. 48. tit. 8. d. pec. repetun. cap. 1. n. 8. ob. l. ult. C. b. t. l. 4. ff. eod. l. 1. ff. d. column. Quod lex generaliter vetet, ne Judex munera sumat, quod si remunerari liceret Judices, illi inescat lucri sibi darent hinc secundum locupletiores potius, quam secundum pauperiores, & quod

remu-



remuneratoria donatio etiam sit donatio. Existimo tamen, di-²⁶
 stinguendum esse, num ante sententiam sit promissa pecunia, & post sententiam data, & Legem incurtere certum
 est, casu hoc judicem: Vel num ante sententiam nulla pro-
 missione facta oblatum sit aliquid munus Judici pro ex-
 antlato labore, & lite quidem penitus sospita, nulloque
 amplius residuo remedio suspensivo Leuterationis vel
 appellationis: Et hoc casu, quamvis Judex melius faciat
 ad evitandam suspicionem omni prorsus abstinendo mu-
 nere, illum tamen poenam Legis, si accipiat, incurtere non
 arbitror, cum lex, quæ prohibet, ne accipiat, de futura
 sententiâ sit concepta in verbis: ne quis ob judicem dandum,
 mutandum, in vincula conjiciendum, condemnandum, absolu-
 dum: quæ verba futurum, non præteritum continent
 tempus. Ettantum etiam de Magistratu vel Judice, qua-
 tenus hoc crimen Repetundarum incurrat. Præter Ma-²⁷
 gistratum, quatenus jus dicit, etiam Lege Julij porro (2)
 notatur Judex: Si ob denunciandum, vel non denuntiandum te-
 stimonium pecuniam acceperit. l. 6. ff. de leg. Jul. repetund. in pr.
 Quamvis alii ad hanc quoq; legem trahant, si non Magi-
 stratus tantum, sed etiam privati ob negotium facien-
 dum, vel non pecuniam acceperint l. 2. ff. d. calumniator. Ve-
 rum non puto esse confundendam materiam de calumni-
 toribus, falso, & concussione. Quod enim de testimonio fe-
 rendo hic dicitur, explicant de eo, qui ratione officii ad
 istud compellitur. Secus enim est in eo, qui extra officii
 causam quid accepit. Qui quidem turpiter accipit, & de
 concussione tenetur, non verò hoc crimen incurrit. Petr.
 Theodoric. Coll. Crim. disp. 9. th. 1. iii. G.

IV. Porro queritur, quid intelligatur per illa verba in 28
 l. 1. ff. De leg. Jul. Repetun. in Potestate vel Curatione: Numne & cri-
 men Repetund. committant, Tutor, Curator, si pecunia corruptè

Fff

quid

quid contra officium suum fecerint. Et sordide quidem & hos se gerere extra dubium est, si pecunia corrupti contra officium fecerint, l. 7. §. 8. verf. ceter. ff. d. minorib. l. 7. §. 2. ff. d. administrat. tut. l. 3. §. nunc videamus ff. d. suspec. Tutorib. Verum quod illi hoc crimen repetundarum incurant, negamus cum Sigismundo Flach/ Colleg. Crim. disp. ult. th. 48. & Petr. Theodor. Coll. Crim. disp. 9. th. 1. lit. D. cum potestas Tutoris & Cura toris non publicum jus faciat, sed privatum l. 10. C. d. excusat. l. 3. d. jur. immunit. Per Curationem vero hoc loco intelligitur Curator Reip. l. final. d. off. ad sefforum l. 37. ff. d. pact.

29 V. Tenetur Lege Julia Repetundarum, qui opus publicum acceptum tulerit faciendum, frumentum publicè dandum pre bendum, apprehendendum, sarta recta probanda, antequam perfecta & praesita lege forent. l. 7. §. 2. Illud ff. b. t.

30 VI. Ex hac lege quoq; judicium datur in Comites Judicium l. 1. & 5. ff. b. t. l. 1. §. 1. C. b. t. Nihil enim refert, an aliquis ipse pecuniam acceperit, vel alii dare jussit, vel acceptum suo nomine ratum habuerit l. 2. ff. d. Calumniat. Sigismund. Flach/ Coll. Crim. disp. ult. th. 53. Praeses ne m pè Provinciae & Magistratus Provincialis non solum ex suo delicto tenetur, sed & suorum & Comitum, itineris & ministrorum, cum illius sit: eligere fidos, observare suspectos, coercere corruptos: Vide plura hac de re apud Anton. Matthaeum tit. 8. d. pecun. repet. l. 48. cap. 1. n. 6.

31 VII. Nec vero solum hac L. Repet. Juli à Magistratus & Judices tenentur, sed & MILITES, si falsum numerum militum retulerint. l. ult. §. pro limitaneis C. d. off. pr. Afr. item Centuriones, qui ob militem legendum mittendum veas accipiunt l. 6. §. 2. leg. Jul. ff. b. t. Wann die Kriegs- Offizirer mehr Soldaten angeben als sie haben/ und den Sold vor voll empfangen. Et quæ alia sunt fraudes, quæ ab his hominum generibus solent & technæ fabricari.

VIII. De-

VIII. Deniq; & ultimo in hanc Legem impingunt Legati sive Principis sive Reip. alicujus, si sordibus corrupti eorum, à quibus sunt missi, negotia fraudulenter expediunt, Quod non saltem verum est de Legatis ad hostes, sed & pacis tempore ad alia commissa negotia expedienda. Quod etiam extendit Anton. Matthaeus ad eum casum, quo à Municipiis quis Legatus est. dict. tit. 8. d. pec. repet. cap. I. n. 3. & quam acerba pœna manserit Legatos sordibus corruptos passim testantur Historicorum monumenta. Valer. Max. cap. d. abstinent & contin. Xenophon. lib. 7. Hermol. Barb. d. Rep. Venet. Quamvis huic trahi non possint illa munera, quæ Legatis Principum & Rerump. honoris, moris & benevolentiae testandæ erga Principalem offeruntur. Vid. Schönborner. lib. 3. Polt. c. 18.

Attingenda nunc paucis pœna est: Hæc vel pecunia-
ria, est, vel Corporalis. Illa est quadrip. restitutio l. 1. & ult. C. b. t.
de qua num cedat fisco vel parti. Vid. Tiber. Decian. l. 8. c. 39.
Bocer. class. 4. disp. 16. tb. 9. item Anton. Matthae. cap. 2. d. pœna. n. 4. &
5. Hæc vero corporalis est, extraordinaria l. 7. §. ult. Hodie ex
lege repetundarum extra ordinem puniuntur, & plerumq. vel exti-
lio, vel etiam durius prout admiserint, quid enim si ob hominem ne-
candum pecuniari acceperint, vel licet non acceperint calorem tamen
inducti interficerint, vel innocentem, vel quem punire non debue-
rant, capite plecti debent, vel certo in insulā deportari &c. Vid. Pet.
Theod. Coll. cr. disp. 9. tb. 1. lit. H. Sigismund. Flach. Coll. cr. disp. tb. 58.

CAPUT SECUNDUM

DE CRIMINE FRAUDATÆ ANNONÆ.

Ad Legem Julianam ff. DE ANNONA. & §. penult. Instit. de Public.
Judiciis.

S U M M A R I A.

I. Maxime Reip. interest, ut in eâ gellatio, qua ideo Crimen pu-
caritas annonæ ejusdemq. fla- blicum est, summopore evi-
Eff 2 totur,

1. tetur, & puniatur.
 2. Annonæ nomine quenam ve-
 niant. Et quenam sit Milita-
 ris, que Civilis.
 3. Crimen hoc ad utramq; se por-
 rigit.
 4. Contenta L. Julie de annonæ.
 5. 6. 7. Quibus modis variè cri-
 men annonæ committatur.
 8. Nomina varia eorum, qui an-
 nonam flagellant.
 9. Monopolium species maxima
 est Flagellationis annonæ.
 10. Monopolia LL. publicis & Re-
 cesibus Imperii prohibita.
 11. Parum observantur, sed non
 sine detimento Reip. & Le-
 ges.
 12. Constitutio Carol. V. de mono-
 poliis.
 13. Monopolium exercentem de-
 nuncians, vel deferens, quar-
 tam partem lucratur bono-
 rum illicitorum, si vero com-
 plex & correus fuit, nullam
 incurrit pœnam.
 14. Servi, mulieres, famosi, ob pu-
 blicam utilitatem in hoc cri-
 mine admittuntur ad accu-
 sandum.
 15. Frumentum & Vinum à ru-
 stis emere, quod nondum
- natum est, species est mone-
 polii: si fraudulenter fiat.
 16. Monopolium matrem habet
 avaritiam, filiam caritatem
 annonæ.
 17. Plura exempla criminis frau-
 datæ annonæ.
 18. Flagellatio annonæ militaris.
 19. Generaliter rei sunt annonæ,
 qui ex raritate caritatem af-
 fectant.
 20. Falsis mercibus utentes &
 mensuris & falsi & annonæ
 crimen committunt.
 21. Sacris literis hoc crimen val-
 de improbatur.
 22. Num Principi liceat mono-
 polium exercere.
 23. Quomodo Monopolium Pri-
 vatis concedi possit.
 24. Necesse est urgente compelli
 quis potest, ut res justæ pretio
 vendat.
 25. In bene constitutis Rebus p.
 certi sunt, qui annonæ curam
 gerunt, Viri, & qui fuerint
 Romanis?
 26. Non desunt Aediles, Cereales
 civitatibus & Emporiis Ger-
 manie.
 27. Jūdex annonæ curam negli-
 gens punitur Recessib. Imper.

100 March



DE CRIMINE FRAUDATÆ ANNONÆ. 409

- 100 Mark lotius Goldes. ad capitalem extendi potest.
28. Poena annone criminis Reo. 30. Pro cuiusq; loci consuetudine
rum de Jure civili. Poena annone fraudate est
29. Si cum falso concurrat etiam arbitraria.

Quatenus Reip. interest, ne Commerciorum usus an-
nonæ caritate & flagellatione turbetur, & privato-
rum commodum & lucrum totius civitatis saluti antefe-
ratur, eatenus non immerito LL. Romanis Catalogo & se-
riei publicorum criminum & illud annumeratur, quod
dicitur *Annonæ*, vel melius *fraudatae* vel *flagellatae*. l. ff. d. Pu-
blic. Judic. §. penult. Institut. eod. Circa cujus criminis per bre-
vem ventilationem præmittimus, quod vocabulo *annone*
omnia ea contineantur, qua ad victimum humanum pertine-
re videntur, in specie vero illa, qua militibus erogaban-
tur, t. t. C. d. erogatione militaris *annona*. ubi illa omnia Anno-
nae nomine veniunt, qua militibus Romanis erogaban-
tur expeditionis tempore panis, vinum, acetum, lardum, caro,
l. 1. C. cod. pale & l. 2. C. cod. Et he annona id est victimalia, qua militibus
dabantur in specie dabantur, nec licebat militibus pro iis pretiaca-
piare: negligentia erat propter anni abundantiam oblatâ neglige-
re, ac postea impositis pro necessitate rerum pretiis repudiata taxare
l. 7. C. d. erogat milit. anno. quemadmodum etiam ille, cui erogatio
annona concedebatur, jurare debebat se pro justitia ratione injun-
ctam sibi sollicitudinem exacturum, & singulis militibus debitam
portionem sine ullo dolo & fraude enumerare. l. 16. C. eod. Verum 3
hoc crimen generale est, de quo loquimur, nec solum an-
nonam complectitur militarem; id est ea, qua ad Exerci-
tus commeatum & victimum pertinent vulgo Proviant, sed
& ad annonom Civilem tempore pacis, Vid. t. t. 24. in lib. 12.
C de annonis Civilibus. Tota nempè Lex Julia de Annona eò 4
tendit, ut puniat eos, qui contra annonom fecerint, Socie-
tatem ve inierint, quo annona carior fiat l. 2. pr. ff. De L. Jul.
Fff 3 d. an-

410 DE CRIMINE FRAUDATÆ ANNONÆ.

- 5 d.annon. Quod ita intelligo & explico, si quis sit, qui ea, quae ad victum hominum in Rep. quotidie sunt necessaria, uti sunt frumentum, oleum, vinum, aromata, sal, fænū, &c. eo fine colligat, sibiq; reservet, nec in usum hominum vendat, ut pretium eo maius sibi accrescat. Wann einer die Wahren auf Theuerung hält: und ein Korn: und Wein: Jude wird. Quod quidem simpliciter de omni mercatore verum non est, si non licet rem eo pretio vendere, quod est commune, si aliud ejusdem generis suppetat in Rep. sed tunc potissimum hoc crimen committi arbitramur, si datâ hoc fiat operâ, si nempè societas ineantur & victualia emantur eo fine, ut carius vendantur, & annonæ caritas fiat, si quis naves retineat vel nantam aut dolo malo faciat, quo magis detineatur l. 2. §. 1. ff.
- 7 De leg. Jul. d. annon. Peccant contra annonam & illi, qui granum, quod in civitatem invenitur, pretium statuunt l. 3. §. 1. ff. d. L. Jul. d. ann. Et qui annonæ injuriam intulerunt, variis nonminibus fuerunt insigniti Dardanarii, Venalitiarii, Annorii, Pantopole, Sephasiarii l. 6. ff. d. extra or. crim. l. 37 ff. d. pœn. Alciat.
- 9 in l. merc. app. ff. d. V. S. Harprecht. §. 11. J. d. P. Jud. n. 20. Nec male trahimus huc illos, qui Monopolia exercent de quib; extat. l. un. C. de monopolis in pr. Jubemus, ne quis cuiuscunq; vestis vel piscis vel pectinum fortè, aut echini vel cuiuslibet alterius ad NB. victum vel ad quemcunq; usum pertinentis speciei, vel cuiuslibet materiae, pro suâ autoritate, vel sacro jam elicito aut in posterum eliciendo rescripto aut pragmaticâ sanctione vel sacra nostra pietatis adnotatione, monopolium audeat exercere. Quæ monopolia quoq; LL. Publicis Imperii prohibita sunt Reformation guter Policiey Anno 48. & 77. Cap. die Monopolia §. wiwohl. Et dicuntur quidem monopolia, quando penes unum est vendendi potestas rem aliquam, quæ communis usui inservit, ut ille solus pro arbitrio pretium statuat, vendat. Quorum monopoliorum prohibitio quemadmodum saluberrimis LL. publi-



publicis est prohibita, ita tamen eorum prohibitio cum
magnō Reip. detrimento obsoleuisse videtur Treutl. disput.
32. tb. 9. lit. D. De qua're jam suo tempore conquestus est
Gloriosissimus Imperator Carol. V. Reformation guter Policie
zu Augspurg §. die Monopolia. Wiewol die Monopolia bei
triegliche gefährliche und ungebührliche Fürkauff/ nicht allein
in gemeinen beschriebenen Rechten/ sondern auch in gemachten
und publicirten Reichs Abschieden/ bey grossen Pönen und
Straffen/ als Verlust aller Haab und Güter/ und verweisung
des Landes verboten/ so ist doch solchen Satzungen/ Abschied
und Verbot biszahero mit gebührlicher und schuldiger Volnz
ziehung gar nicht nachkommen noch gelebt worden/ sondern
sind in kurzen Jahren etwa viel grosse Gesellschaft/ in Kauff-
manns Geschäftten/ auch etlich sonderbare Personen/ Hand-
thierer und Kaufleut im Reich aufgestanden/ die allerley Wah-
ren und Kauffmanns Güter/ auch Wein/ Korn/ und anders
vergleichen/ von den höchsten bisz auf die geringsten (in welchen
sie dann in den Landen hin und her gute Kundschafft und Ver-
wahrung haben/ sonderlichen wann die Wahren verderben/ oder
sonst in Auffschlag kommen/ und ehe die ander Kaufleute sol-
ches gewahr werden) in ihre Hand und Gewalt allein zubringen
unterstehen/ Fürkauff damit zu treiben/ und denselben Wah-
ren einen Werth nach ihren Willen und Gefallen zu setzen/
oder dem Käuffer oder Verkäuffer anzudringen/ solche Wahren
niemands dann ihnen zu kauffen geben/ oder zu behalten/ oder
dass er/ der Verkäuffer sie nicht näher oder anders geben woll/
dann wie mit ihnen überkommen/ fügen damit dem Heil. Reich
und allen Ständen desselbigen merklichen Schaden zu/ wider
obermeltde gemeine beschriebene Rechte/ und alle Erbarkeit.
Hierauß haben Wir etc. verordnet und gesetzt/ und wollen daß
solche schädliche handthierung Fürkauff/ und derhalben gewag-
te geding/ vereinigung und pacta/ hinführo verboten und ab-
seyn

seyn / und sie niemands / weder durch sich selbst / noch andere
treiben oder üben sollen / welche aber hierwider solches thun wür-
den / dero Haab und Güter sollen confiscaret / und der Oberkeit
jegliches Ortes / so peinliche Straffe der Ende hat / verfallen

13 seyn. Quæ sanctio Imperii saluberrima intentione pro-
mulgata optandum esset ut & hodie observetur: quem-
admodum severissimè injunctum fuit, adeo ut cuivis ex
populo permisum illâ sit hoc monopolii crimen denun-
ciare, qui quartam partem bonorum illorum lucratur, &
quamvis ipse fuerit monopolii complex sit, venia ei da-
tur, imò Monopolium exercentes etiam relegatione à Magi-
stratupuniri jubentur. EodemRecess. Imper. Reformat. G. Polit. S.
Es soll auch ein jede Obrigkeit in ihrem Gebiet mit fleiß und
Erfst bestellen und darob seyn / damit diese Ordnung strack's ges-
halten / etc. und soll derselbe Verbrecher bey verlichung seiner
Haab und Güter / und verweisung des Landes gestraffet werden.
Nachdem auch einem jeden solche übertretung und Laster des
Fürkauffs anzubringen zugelassen / so soll derjenige der Ober-
keit / darunter die Verbrechung geübt / oder aber im fall der Hin-
lässigkeit / dem Kaiserlichen Fiscall erßlich glaubwürdig und be-
ständig angezeigt / der verwirckten Güter dritter Theil zugestellt /
und ihm darzu verholffen werden. Ob auch ein solcher Ansager /
des Ansage sich nachmals mit grunde befünde / in dergleichen
Sachen / auch theilhaftig und schuldig wäre / alsdann soll ihm
von des übertreters verwirckten Güter / kein theil zustehen / aber
sonst ihm zu keiner Straffe noch Schmach gelangen / sondern
14 zu foderung gemeines Nutzes zugemessen werden. Et idem
quoq; quod hic dicitur de accusatore dicitur vel denun-
ciatore, locum quoq; habet de Jure Civili Romano, quo
etiam mulieres ad crimen annonæ detegendum admittuntur l.3. & ult. S. ult. ff. ad l. Jul. d. anno. imò famosi, servi l. 1. &
3. S. ult. l. 13. ff. d. accusat. ob publicam utilitatem strictum jus
insu-

insuper habendo l. 43. ff. d. relig. & sum. su. Anton. Matthaeus. d.
 fra. an. c. 2. Hujus Monopolii & flagellatæ annouæ quoque
 species est, si Mercatores dent Rusticis mutuò, ut frumen-
 tum vel vinum eorum lucentur, De quo criminè & pef-
 sima usurariæ pravitatis specie itidem dispositum est in
 prælaudata sanctione Imperii Publica Reformatione guter
 Policie Augspurg An. 1548. Tit. Von verkauffung der Frucht
 im Feld. Cujus verba allegare non erit à proposito ali-
 num. Nachdem nicht ohne grosse verderbliche Beschwerden des
 armen gemeinen Volks befunden / daß demselbigen durch etli-
 che eigennützige / geizige Leut / im schein der Kauffmannschafft /
 auff ihren Saamen / so noch auff dem Feld stehen / auch den
 Wein an den Stöcken und andere ihre Frucht / Arbeit und
 Wahr Geld oder ein anders hierausgeliehen oder gegeben / dar-
 durch dieselben arme / nottürftige Leute / was sie gar hārtiglich
 arbeiten / näher / dann sich sonst / nach gemeinem gewöhnlichem
 Kauff gehobret / zugeben verursachet und gedrungen werden /
 welches dann nicht allein denselben armen Leuten / zu untwider-
 bringlichen Verderben / sondern auch ihrer Herrschaften / deren
 sie fürtter ihr Gebühres / wol destoweniger zu thun vermogen zu
 grossem Abbruch / Nachtheil und Schaden gereicht / neben dem /
 daß solches wider alle Göttliche und Menschliche Satzung / die
 Liebedes Nächsten / und gute Sitten etc. Hierauf S. und O. W.
 daß männiglich dem armen Mann in der Noth / und damit er
 seine Güter desto statlicher erbauen / auch sonst mit anderer Not-
 turft sich erhalten möge / auff Wein / Frucht und anders umb
 den gemeinen Schlag / Werth und Kauff / wie die zur selben Zeit
 sind oder gemacht werden / vorzustrecken und zuleihen unverbo-
 ten seyn. Wo aber anderst / dann is vermeldt / gehandelt / und
 hierin einiger Vortheil / Anglist / Gefahr oder Betrug gebraucht /
 so wollen wir hiermit ernstlich / das solcher Abkäufer oder Aus-
 leihen die Hauptsumma verloren / und dazu gestrafft werden

Ggg

soll.

114 DE CRIMINE FRAUDATÆ ANNONÆ.

16 foll. Ex quibus omnibus luce meridianâ clarius perspicitur, quod monopolium contra divina & humana jura imo contra charitatem Proximi Christianam sit, nec non bonos mores & honestatem. Et merito mater dici possit ex avaritiâ & sordibus nata filiam procreans anno ne charitatem.

17 Spectant ad Monopolarum & Annonas flagellantum numerum omnes illi, qui victualia & comedibilia, quamvis in foro sint venalia, eos sine emunt, ut postmodum pauperibus eo carius vendant, imo alia quævis, que nostris usibus quotidianis in servient, qui mercatores anticipant, remorantur, impediunt, ne ad forum per veniant, qui in prejudicium tertii, ut noceant saltem aliis venditoribus, plus justo pretium offerunt, die den. Kauff selbsten steigern. Et deniq; omnes illi, qui se sunt opifices, vel mercatores, per iniqua pacta remp. gravant: Es folte einer nicht geringer verkaussen als der ander. Et quæ alia sunt millevariae artes & fraudes, quibus annona gravari valde, & pauperes imprimis in Rep. miserè torqueri solent. E quorum catalogo & illi extimendi non sunt, qui frumentum in magnâ copiâ corradiunt, emunt, & in peregrina loca mittunt. Die das Korn umb ihres eignen Nutzes willen aus den Lande führen und eine Theurung

18 verursachen. Annonam vero militarem flagellant illi, qui cum possint, Exercitu vietum vendere, nolunt, non afferunt, vel planè hostibus directe vel indirecte deferunt, quod ultimum etiam capitalem meretur poenam Jodoc. Dambouder. prax. cr. 19 cap. 132. de Monopolio. Porro ad hoc crimen Flagellatæ annonæ generaliter omnes illos referimus, qui ex raritate affectant caritatem, fructus prædiorum suppressunt, das Korn auff Theurung halten/l. 2. ff. adl. Jul. anno 1. 6. d. Extraord. criminib.

20 Nec male huc referri possit omnes illos, qui falsis mensuris & adulterinis utuntur, cum hi & falsum committant, & flagellationem annonæ, quæ duo facile sunt

com-



compatibilia delicta. 1.6. ff. d. extra. crim. §. onerans. Anton Matthæus tract. d. crimin. ad lib. 48. ff. tit. 9. cap. 1. n. 1. Bocer. disput. 16. tb. 24. §. 32. Qui falsarii etiam sacris literis damnantur. Prov. 2. v. 1. Falsche Wage ist dem HErrn ein Greuel / aber ein völlig Gewicht ist sein Wolgefallen. Circa Monopolium & Crimi-
nalista illud movere solent quæstionis: Numne liceat Prin-
cipi ipsi exercere Monopolium, vel certis cōibūs in Rep. illius
privilegium concedere? Et cum Legibus Imperii dicatur
impingere Monopolium in bonos mores & caritatē
proximi, & divino humanoq; juri esse contrarium, non
video, quā conscientiā Principi indistinctè Monopolium
exercere, vel Cibis idipsum largiri permīssum esse pos-
sit, vel etiam honestum, quod eo videatur affricare digni-
tati suæ quandam maculam. Dico tamen regulariter &
indistinctè. Quod si ergo talis res sit, quæ sumptibus pri-
vatorum facile comparari in eā copia, uti requiritur, &
quantum ad communem usum suppetit, non possit, vel
si tales merces, quibus Privati abuti solent, ad annonæ ca-
ritatem, Melius facit Princeps, si Jure Regalium quoque
hoc jus exerceat, ut illud monopolium vergat non in de-
trimentum, sed sub elevationem subditorum, & ita non ad
annonæ caritatem, sed vilitatem. Habent enim Reges &
Principes huic rei suos destinatos ministros, quibus utun-
tur, ad tales res procurandas in tempore. Quod subditos &
Cives concernit, regulariter & illis monopolia facile
non concedet, nisi illa, (1) Aliis cibibus nullum afferant detri-
mentum. (2) Si exotica res sint, que ob omnibus haberi vel vendi
nequeant. (3) Si ille, cui ejus rei Monopolium à principe concessum
est, illo non abutatur, sed justo vendat pretio, quo caritas annonæ
induci nequeat. Jacob, Bornit. in erar. c. 3. d. Monopol. Princip. Prä-
ter hos casus, & summam aliam necessitatem, cuius intuitu
etiam ille, qui alias vendere non cogitur, justo pretio ut vendat

Ggg 2

com-

- compelli potest. l. i. §. 11 ff. d. off. Praef. urb. l. i. C. d. Episc. audien. Petr. Theod. Coll. cr. disp. 9. tb. 2. lit. B. monopolium tanquam maxi-
 25 ma species Flagellationis est, & manet prohibitum. Vide-
 mus hinc, quod in omnibus bene constitutis Rebus p. cer-
 ti à Magistratu sint ordinati viri, qui *Annonæ* curam habe-
 rent. Quales apud Romanos fuerunt, Praefecti Urbi, Praefecti
annonæ, ad quorum officium pertinuit, curare Remp. & il-
 lam purgare ab omni caritate & flagellatione, qui si offi-
 cio fideliter satis non fuerint functi, in eandem incide-
 bant pœnam cum Dardanariis arg. l. i. §. cura carn. ff. d. off.
 Praefurb. Julius etiam Cæsar duos ædiles instituit, qui fru-
 mento præsenterent, qui Cereales dicti l. 2. ff. d. O. J. §. deinde
 26 *Corn. Sylla*. Et videmus idem in Germaniâ nostrâ quoque,
 præsertim in Emporiis & aliis Majoribus Civitatibus ob-
 servari, ut certi ex ordine Senatorum vel Tribunorum
 Plebis elegantur, qui singulis annis *annonæ* præficiantur,
 & vulgo vocantur die Cammerer/ Bauherren/ Fleischherren/
 etc. Weinherren etc. secundum eujusque loci consuetudi-
 nem.
 27 Quod officium suum si judex negligenter administra-
 verit, secundum Constit. Imperii ante all. puniendus est:
 Reforma. guter Policey zu Augspurg anno 1548. §. zu dem soll
 auch die Obrigkeit so auff geschehene Warnung in straffung
 des Ubersahrers seumig würde/ durch den Fiscal vor unserm
 Kaiserlichen Cammergericht fürgenommen / und umb hundert
 28 March lötigs Goldes unnachläßlich gestrafft werden. Sed quæ-
 nam jam est Pœna ipsorum annonans flagellantum vel Monopo-
 larum? Jure Civili ex L. Juliâ de annonâ admodum levis
 videtur, nempè multa 20. Aureorum l. 2. ff. de leg. ult. d. ann. Quæ
 tamen cum aliis pœnis concurrere potest, Legis Corne-
 lie de falso l. 6. ff. d. extraord. crim. Utejus quoq; pœna possit
 in relegationem, deportationem converti, l. i. §. ult. ff. ad l. Corn. de
 falsis.

falsi. Imo si diu & ingenti cum Reip. pernicie sit annona 29
 flagellata, illa in capitalem extendi potest. Ordinat. Carol.
Crim. art. 113. Tit. Straff der Fälscher mit Maas/Waag und
 Kauffmannschafft: Welcher bößlicher und gefährlicher mit
 Maas/Waag/Gewicht/Specerey/ oder andere Kauffmanns-
 schafft fälschet/und die für gerecht braucht/und ausgiebt/der soll
 zu peinlicher Straff angenommen / oder an sein Leib / als weiß
 Rüthen ausgehauen/oder dergleichen/nach gelegenheit und ge-
 stalt der übersfahrung gestrafft werden. Und es möchte solcher
 fälsch oft gröslich und bößhaftig geschehen / daß der Häter
 zum Tode gestrafft werden soll/ als nach Rath etc. Ex qua con-30
 stit. illud pater, crimen pœnam tam falsi, quam annona fla-
 gellata, si illa cum falso conjuncta, arbitrarie puniri: pro
 qualitate ipsius delicti. Ut etiam non negligenda est cu-
 jusq; Provincia jus Statutarium & proprium. Anton. Mat-
 theus d ann. Fraud. c. 2. n. ult. Vide Dissertat. Clariss Struv. de Anno-
 na. Item Petr. Theod. Coll. cr. disp. 9. tb. 2. lt. C.

CAPUT TERTIUM

De

CRIMINE AMBITUS ET SIMONIAE.

Ad L. Julianam ff. De Ambitu.

SUMMARIA.

- | | |
|---|--|
| 1. 2. Crimen Ambitus Publicum est, quod Lege Julia vindicatur. | 7. Quis sit ambitus licitus. |
| 3. Crimen Ambitus nonnulli re- tulerunt ad speciem Vis pu- blicæ. | 8. 9. Quis propriè illicitus. |
| 4. Ambitus & ambitio quid sint, & unde dicantur. | 10. Omnes ambiend ratiōnes Ro- manis non fuerunt impro- batae. |
| 5. 6. Descriptio Ambitus Crimi- nis. | 11. Lex Julia de Ambitus primum etiam in urbe Romana, po- stea solum in Provinciis & municipiis obtinuit. |
| | 12. Variis LL. Romanorum ante Julianam |

Ggg 3

Julianam

- Juliam Crimen Ambitus damnatum.
13. Quidnam sit Ambitus propriè sic dictus, vel quasi.
14. Species ambitus Ecclesiastici est Simonia, vel crimen, quo pretio officium ecclesiasticum emitur.
15. Quinam omnes sint Simoniaci.
16. Simonia LL. civilibus criminis L. Majestatis confertur.
17. Varia Juris civilis Ambitus in specie sic dicti pœna.
18. Ante omnia dignitate est privandus, & honoribus exuentus, qui per sordes illos est consecutus.
19. Convincens aliquem ambitus,
1. Inter Crimina publicorum judiciorum reliquum adhuc est illud, quod Ambitus dicitur, de quo prodita est L. Julia Ambitus, Romanorum. Et tenebantur quidem hæc lege, qui in petitione Magistratus, aut provincia, sacerdotiove, turbam suffragiorum causâ conduxisse, servos advocasse, aliamve quam multitudinem mercede sibi conciliasse, convicti erant. Clar. Wesenbec.
3. in Para. ad L. Jul. ambit. n. 3. Retulerunt nempe hoc crimen nonnulli inter species Vis publicæ, quod & talibus machinationibus Resp. offendatur, ejusq; salus invertatur, quam in rem moti nonnulli Imperatores Romani, hanc de Ambitu & Vi publica conjunxerunt legem, ut nempe de ambitu convicti, tanquam vis publica rei condemnarentur, & illi Imperatores fuerunt Octavius Augustus & alii. Tiber.
- in illius locum surrogatur, a. lium vero convincens qui reus est, in integrum restituitur.
20. Pœna Novellarum de ambitu.
21. Ambitus crimen gravius punitur, si concurrat cum aliis majoribus, Crim. L. Majest. vi publica, falso, &c.
22. Quomodo Simonia puniatur Legibus Civilibus.
23. Pœna Simonie de Jure Canonicæ.
24. Ilfus harum pœnarum in praxi modernis temporibus non sine detimento Reip. fe. re nullus, ubi Ambitus fere pro crimine non habetur.

bet. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 21. n. 1. Sumpit autem hoc cri-
men Ambitus nomen ab ambiendo, vel circumeundo, à mo-
re Candidatorum Romanorum, honores summos aspi-
rantium, omnesq; tribus circumeuntium, singulorumq;
dextras exosculantium, ut suffragiis adjuvarentur rogan-
tium. Et distingunt ambitum ab ambitione, quod prior sit
criminis appellatio, posterior cupiditatis. *Matthe. Wesenb.*
in P. adff. b. t. n. 1.

*Est vero Delictum hoc: Crimen Publicum commissum ab eo, qui Magistratum vel sacerdotium illicitis modis per suffragia, dato, vel promisso quopiam, sibi deferre conatur. l. i. ff. d. P. J. §. II.
I. eod. l. unic. C. ad l. Ambit. l. unic. ff. eod. l. ult. C. ad L. Jul. repet. Novel.
8. c. 1. & Novell. 161. c. 1. Bocer. par. 1. cl. 4. dis. 16. th. 65. Ambitio siqui-
dem est vitium excessus in appetendo honores & dignitates Arist.
2. Ethic. c. 7. De eo enim ambito hic sermo non est, qui liciti-
tus est, cum quis virtute praeditus se Reip. offert, ut ei infer-
viat; Cum quis nempè operam suam, magistratum aut Curatio-
nem petendo Reip. offert, judiciumq; de se faciendum populo per-
mittit, absq; dolo malo. Hoc etenim nullis Legibus quam rectissime
censet Tullius Oratorum maximus probiberi, sed semper approba-
tum fuisse, & à maximis & præstantissimis viris exercitum, quod
in administratione Reip. necesse sit esse aliquos, qui honores inno-
center & gerant & petant. Illicitus verè hoc notatur am-
bitus honorum Magistratus, corrumpendo populum.
Seilicet horum Resp. semper misera fuit judicata, quo-
rum Magistratus fuerit venalis, & emendicatis, vel emptis
suffragiis comparatus, quod vix huic officio idoneus à sa-
pientibus habitus fuerit, nisi qui coactus & invitus hoc
munus suscepit: Quod in privatis, multo magis in pu-
blicis causis suspectus sit ille Procurator, qui seipsum in-
gerit, & dignitates non desiderantibus sed fugientibus
sunt concedenda c. in scripturis 8. q. 1. c. officii d. Elec. c. omnes
bujus*

- 10 hujus 47. distinct. Ubitamen circa hoc crimen & illud est notandum; quod non omnes ambiendi rationes Romanis fuerint improbatae, quæ enim rogando, appellando, prebensando fiebat, licet erant, reliqua vero suspecta, in quibus subesse videbatur suffragiorum, aut per largitionem, aut per vim corruptio Tiber. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 21. nu. ult. Tenendum etiam de hoc crimen illud, quod L. Julia de ambitu primum lata in urbe Cujac. ad tit. C. ad L. Jul. d. ambit. Postea vero cum principes omnem Curam Magistratum creandorum ad se in solidum revocarunt, Lex illa in urbe cessavit, & in provinciis nunc & municipiis, ubi adhuc jus creandi penes populum erat, ex SCto obtinet l. unic. ff. d. crim. abolit. Wesenb. P. ad 12. b.t. Damnatum vero hoc crimen apud Romanos variis legibus fuit, aspirandi nempe perempta suffragia ad honores, quamvis primis temporibus nulla de eo lex sancta, quod honores tribuendos censuerint virtuti, & tantum dignis, Imprimis vero de ambitu clara sunt Lex Petilia, Cincia, Aemilia, Calphurnia, Fabia, Licinia, Tullia, Bebia, & denique Lex Julia. Quibus accedit Novell. 8. Justiniani. Ut judges sine quoquo suffragio fiant, Vid. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 8. c. 22.
- 13 Quod Divisionem hujus criminis attinet, Ambitus aliis est (1) Propriè sic dictus, l. un. C. b. t. vel Quasi. Ille est, cum quis emptis suffragiis, ad magistratum aspiraverit in provinciâ vel aliquâ civitate. Novell. 8. c. 1. Novell. 161. Quasi ambitus est, si quis novum vestigal instituerit, l. i. S. ult. ff. ad l. Jul. d. ambitu. Si quis officia semel obita repeatat, & per obreptionem rescripta de hoc impetraverit. Cujus criminis poena est deportatio l. i. C. b. t. Referunt quoque huc, si reus vel accusator domum Judicis ingrediatur, l. i. S. 1. ff. ad l. Jul. d. ambitu. Et quæ alia sunt, quæ ad crimen Ambitus solent referri, de quibus late tractat Tiber. Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 23. per rot. Quibus tamen non annumerari putant eum, qui palam obtu-

obtulerit vel donaverit Reip. ob honorem decretum vel decernendum. l.i. §. 1. ff. de pollicit. l. hoc jure. 19. ff. de donat.

(2.) Dividitur *Ambitus in specie sic dictum*, qui nomen generis retinet, de quo hactenus locuti sumus, & *SIMONIAM*. De quâ Jure Canonico multa sunt prodita. Et dicitur in specie *Simonia*, quando quis Sacerdotium suffragiis pretio, pactionibus, aliis modis illicitis corruptis sibi comparat, l. 31. C. d. *Episcop. & Clericis*. Nomen sumptum hoc crimen à *Simone Mago*, cui Petrus maledixit, eo, quod Spiritum S. ejusque dona præcipue operandi sacra miracula, ab Apostolis pecuniis numeratis emere tentaret, *Actor. 8. ut 15* ita latè loquendo omnes crimen *Simoniae* incurrire videantur, qui mediante pretio vel pactione vel favore illegitimo spiritualia emere, vendere & consequi conantur, *glosa in sum. quest. 1. Imò Simoniaci non solum sunt illi, qui premium dant, sed & qui accipiunt, aut mediatores sunt, item qui dant, ne alii ordinentur. Hoc crimen LL. 16* tam civiles quam Canones gravissimum censent, ut *Imperat Leo & Anthemius Simoniacos lege Majestatis Reis comparavit. l. 31. C. d. Episcop. & Cler.* Vide de hoc *Simoniae Crimine plura. c. Salvator. l. qu. 1. Qui Studet 11. C. Petrus 16. c. nos quin, r. q. i. t. t. X. d. Simonia c. per tuas d. Sim. c. si quis 1. q. 6. C. ordinationes. q. 1. Adde Panormitanum c. 19. part. X. d. off. de leg. Imprimis late hac de materia vide tractantes. Tiber. Decianum tra. crim. lib. 5. c. 77. 78. & mult. seqq. item Jodoc. Dambouder. in pr. Crim. c. 61. Clarum sentenç. Simonia Ludovicum Carerium in tract. d. heret. n. 31. Harprecht. in §. sunt præterea J. d. publ. Jud. Bernard. Diaz. in Prax. Canon. Ludovic. à Bavo. in tit. d. *Simonia*. Dicendum nunc 17 paucis aliquid est de utriusque Criminis Pœna. Et quod quidem *Ambitum in specie sic dictum* attinet: non uniformis in Jure Civili Romano deprehenditur: modo enim pecuniarie pœna, modo publicationis bonorum, modo deportationis*

Hbb

tionis

422 DE CRIMINE AMBITUS

- tionis sit mentio. Infamiam autem imprimis incurrebant, qui contra l. Julianum in municipio Magistratum obtinuerint. l. i. ff. adl. Jul. amb. Quadruplici restitutionis mentio injicitur 18 l. lute. Cadl. Jul. repetund. Et de illo quidem dubium non est, quin Magistratus dignitate, quam per fordes vel illicita media consecutus est, sit privandus, & quod amplius ad honores non sit admittendus, propter infamiam, quod concessio immunitatum de illis sit Magistratus intelligenda, qui justo & debito modo, non per ambitum tales sunt, & infamia hos ambitiosos Judices fuisse notatos patet ex Oratione Ciceronis pro Sylla: qui Lege Calphurniā damnatus ad infamiam. Fuit aliquando etiam in Rep. Romana ex L. Julia eadem pœna ambitus, quæ repetundarum nempē Exilium decem annorum. Tiber. Decian. lib. 8. cap. 25. per tot. Deportationem tamen ut plurimum ex L. Julia 19 tandem in usu fuisse asserunt communiter Dd. Illud specialiter ex Romanorum antiquitatibus observare licet, Quod si quis aliquem de hoc crimeni accusasset, & convicisset, ei bac præmia fuerint proposita, ut is magistratum, quo accusatus privaretur, obimeret: & in dannati locum sufficeretur. Item si Damnatus hanc lege, alium de eodem crimeni convicisset & damnasset, restituueretur. Tiber. Decian. lib. 8. cap. 24. nu. 1. de Processu Judicib. 20 & Probat. in ca. ambit. Novella 8. cap. 8. Gravior infangi videtur Candidatis pœna Confiscatio, exilium, verbera vel alia...
21. Quod si verò hoc crimen ambitus cum aliis criminibus habeat affinitatem, e.g. si conjunctum sit cum vi publica & Magistratum quis coactis hominibus adeptus, vel cum Crimine L. Majestat. quale illud est, si quis nova vœtigalia instituat, quæ solius sunt Principis. t. t. C. vœt. nov. institui non posse. si cum falso, cæde alterius &c. Graviori omnino 22 pœna locum esse, non dubitatur. SIMONIA alias pœnas patitur Jure Civili, alias Jure Canonico. Sacerdotio privatur Simo-



Simoniacus & perpetuā notatur infamia. Pecunia vero ab eo data illi Ecclesiaz vindicantur, cuius sacerdotium turpiter ambierat. *l.31.C.d. Episcop. & Cler.* Aliarum poenarum sit mentio *l.34.C.d. Episcop. & Cler. Novell. b.c. l. §.9. Novell. l.23. c. 2. §.1.* *Jure Canonico* variè distinguitur inter gradus & species Simoniae, num ne sit occulta vel manifesta, Num Presbiter sit, vel alicujus ordinis Monachus, Num in dignitate sit constitutus Simoniacus, vel simplici beneficio, num propria sit Simonia vel impropria &c. Communi-
ter tamen haec obtinent: *Suspensio, Depositio cum infamia, Ex-communicatio.* Nimirum pro rei factis & persone qualitate, illa est arbitaria. Vide hac de re plura apud *Tiber. Decian. lib. 5. c. 87. De pœnis Simonie. Petr. Theod. Coll. Crim. disp. 9. tb. 7. lit. C. Bo-
cer. p. 1. cl. 4. disp. 16. tb. 75.* Et tantum etiam de Pœnis utriusque Ambitus tam secularis, quam Ecclesiastici. Quod si usum harum spectemus & nostra haec tempora, Illud pro crimine fere non habetur in nonnullis regnis, praesertim in Gallia, quia omnia majora & minora officia venum prosternuntur & optandum, ne ille Gallorum morbus & quamplurimas alias provincias jam infecisset. Eleganter hac de re differit *Anton. Matthaeus tract. d. crim. ad lib. 48. tit. 11. de Am-
bitu c. 2. n. 3.* Cujus verba non pigebit tanquam non imper-
tinentia coronidis loco ascribere: *Usum harum pœnarum* quod attinet, is hodie exigutus, ac penè nullus est, neq; munus tam vile atq; abjectum, quod non si lucri modo spem pre se ferat, pretio aut pactio aliquâ redimatur. *Gravissima profectio Reip. pestis,* quâ dies magis magisq; invalescente, quod Jugurta quondam de Româ, ididem de nostris dicere possit: *O urbem venalem, & citio pe-
rituram, siemptorem invenitur.* Experimur enim eos, qui emere po-
testatem aliquam, eandem ne pretium perierit, sordide vendere: ut plane optandus nobis sit *Severus aliquis*, qui illud laude dignissimum lucri petis istio inculcat: *Non patiar mercatores potestatum:*

Hb 2,

quos

424 DE CRIMINE AMBITUS ET SIMONIA.

quos si patiar punire non possum. Erubesco enim punire hominem, qui emit & vendit. Polybius inter causas victa Carthaginis & hanc refert, quod apud Carthaginense dignitates & honores, palam larcitionibus redimerentur, cum id Roma crimen capitale esset. Nec potuisse aliter fieri, quin cum apud duos hos populos contraria virtuti proposita essent premia, viis quoque contrariis ad honores graffarentur. Eandem nundinationem Gallie pestem sapere & agnoscit & deplorat Thuanus. Nam cum in bene constituta Rep. secundum Platonem honores & imperia ita distribuenda sint, ut prima & maxima queque tribuantur virtuti, secunda corporis bonis, tertia pecuniis: hi converso ordine prima pecuniis, postrema virtuti tribuuntur. Quare sit, ut non virtuti, sed solis opibus studeant cives, nec tam boni & fortes quam opulentii haberit velint. Captant testamente, graffantur ferro, miscent venena, nec ullum tantum flagitium, quod non cum pretio videatur honestum. Haec tenus ille, quæ sanè à vero non multum videntur aberrare.

CAPUT QVARTUM

De

CRIMINE PECULATUS, SACRILEGIIS,
ET DE RESIDUIS.

Ad L. Julianum ff. Peculatus, & de Sacrilegiis & de Residuis. t. t. C. de Crimine Peculatus t. t. C. de Crimine Sacrilegiis.

S. 9. Instit. de Pub. Jud.

SUMMARIA.

- | | |
|--|---|
| 1.2. Crimen Peculatus, Sacrilegii & Residuorum, species sunt insigniores Furti, sed Publicis Judiciis accensende. | urbe, postea in Provinciis & municipiis. |
| 3. Peculatus descriptio. | 6. Quibus modis Peculatus fiat. |
| 4.5. Peculatus crimen Lege Ju- lia coercitum fuit primo in | 7. Proprietate ablatio pecuniae publicae. |
| | 8. Extensivè aliarum rerum pu- blicarum prater pecuniam. |
| | 9. Pecu- |

DE CRIMIN. PECULAT. SACRILEGI. ET DE RESIDUIS. 425

9. Peculator non à pecunia, sed pecore dictus.
10. Multivariorum exempla hujus Criminis, prout illa LL. Romanis depicta.
11. Necessario & hodiè Peculator crimen in Rep. severis pœnis coercendum.
12. 13. Pœnajuris Civilis Peculatorius quotuplex, & qualis pecunaria.
14. Pœna Peculatoris corporales.
15. Pœna Capitalis in Judices.
16. Lex Platonica indistinctim furtum Rerum publicarum sive magnarum, sive parvarum capitale censuit.
17. Detestanda seculi licentia circa res & pecunias publicas.
18. Aequè in rebus fidei concretis ac aliis furtum committitur.
19. Communis Dd. opinio, quod capitum pœna non sufficiendus est, cuius administrationes publica vel pecunia surrepta fuit concredita.
20. In Electoratu Saxonie etiam capitale delictum est furtum pecunie, cuius administrationi illa concredita.
21. Species altera Peculatoris est Sacrilegium Furtum rei sacrae & Deo dicatae.
22. Gravius est crimen Sacrilegii Peculatoris in specie sic dicto.
23. Circumstances Sacrilegii variae sunt considerande circumstantie, Rerum Loci, Personarum, statis &c.
24. Quasi Sacrilegium mitiori afficitur pœna.
25. Crimen Residuarum etiam furti species est & L. Julia notatum. Ejus descriptio.
26. Administratores pecunie publicae quoque furti pœna & suspensio puniuntur in foro Saxonico, si summa excedat 100 fl.
27. Quibus casibus pœna suspendit cesset in foro Saxonico in Crimine Residuorum.
28. Pœna capitalis non est, sed arbitraria, in illis, quorum custodie & fidei, non autem administrationi pecunia concreta sunt, si ab iis subreptæ.
29. Epilogus materia de Publicis judiciis & eorum Criminibus.

Hh 3

Crimi-



1. Criminibus Publicorum judiciorum porro annumerantur
& illa, quæ Tit. ff. 10. lib. 48. coniunctim tractantur, nem-
pè PECULATUS, SACRILEGIIS & RESIDUI. Sunt nimurum tria
2. hæc delicta species quædam insigniores FURTI, quæ ta-
men ideo in Catalogum Publicorum judiciorum referuntur,
quod iis non privatus quidam, uti in furto simplici, sed i-
psa Respublica immediate lædatur. De tribus autem istis,
distincte & ordine nobis est dicendum, & quidem paucis-
simis, cum pro parte de iis jamdum sit dictum in *Dissertat.*
nostra i. circa Titulum de *FURTIS*.
3. Quod itaq; primo, *Peculatus Crimen*, concernit, illud fur-
tum est pecunia publica. Nomen autem obtinet *Peculatus*
crimen vel *Generis*, & ita quoq; *Sacrilegium* complectitur,
vel *Speciei*, & illi opponitur, sed melius hæc crima ab in-
vicem separantur, cum singula singulas suas habeant LL.
determinatas penas. Cum ergo diversum sit furto aufer-
re rem, quæ universitatis est, & publico usui inservit, &
eam, quæ sacris cultibus destinata: oportet distincta hæc
4. esse crima. Videndum itaq; est (1) Circa *Peculatum*, quan-
do ille in Rep. fuerit commissus, & quibus casibus L. *Julie* 2
5. super eo crimen locum habeat. Et sane, si originem Legis
Julie de *Peculatu* consideramus, illa prima origine & in-
tentione sua scripta videtur & solummodo pertinere ad
pecuniam Populi Romani, non civitatum aliarum l. 81. ff.
d. *furt. Georg. Adam Struv. Exercit. Pand.* 49. lib. 77. & 78. quam-
vis illa postmodum ex constitutionibus Trajani & Ha-
driani fuerit ad alias jam quoq; res extensa, l. 4. J. 18. ff. d. V. 9.
6. Dicendum brevibus, quibus modis aliquis hoc crimen
7. incidere datur. Et propriè quidem loquendo commis-
titur, si pecunia fiscalis vel publici erarii furto auferatur: cuius
criminis ob pecuniam publicam surreptam & ille Reus
est, qui facit, ut quis auferat, vel furanti suum præbeat, l. unic. C. ad
l. Pe-

L. Peculat. l. I. ff. eod. Et cum pecunia verbum non solum numerata pecuniam complectatur, verum omnem omni-
no pecuniam, id est corpora, illa quoque pecunia appella-
tione venire certum est. *l. 178. ff. d. V. S.* imo omnes res, tam
soli, quam mobiles. *l. 222. ff. d. V. S.* inde est, ut si aliae res publi-
cae subripiantur, nihilominus Crimen *Peculatus* commi-
tatur *Wesenbec.* in *P. iff. ad b. t. n. 3.* Quod ex eo quoquo clarius
apparet, quod *Peculatus* non à *pecunia*, sed *Pecore* nomen
sumpserit, quod ab eo fraudis initium esse cæperit, cum
ante æs & argentum signatum ob delicta poena gravissi-
ma fuerit duarum ovium & tringinta boum. *Petr. Theodor.*
in Colleg. Crim. diff. 9. tb. 5. lit. A. Referuntur itaq; à Legibus ¹⁰
Romanis earumq; Interpretibus ad hoc crimen porro hæ-
delictorum species. (1) Si quis in aurum, argenteum & as publicum
quid indat vel immisceat, faciat q; dolo male, ut id pejus fiat *l. 1.*
ff. ad l. Jul. Pecul. (2) Si quis, cum in monetâ publicâ operarentur,
extrinsecus sibi signant monetam formâ publicâ vel signatam fu-
santur *l. 6. §. 1. iff. b. t.* quod crimen separatu est, à falsa monetâ,
qua privatim adulteratur. (3) Qui ex metallis Casarianis vel Reip.
aliquid furatus fuerit, qui ex Edicto Divi Più exilio vel metallo pu-
niebatur *l. 6. eod. §. ult. Casarianis.* (4) Tenentur, qui tabulam æ-
neam, Leges, formam agrorum quidve alud continentem refixe-
rint vel quid immutarint, *l. qui tabul. ff. ad l. Jul. Majestat.* *Briffon.*
Antiquit. lib. 4. c. 5. Item qui in tabulis publicis quid delever-
rint, induixerint *l. tabul. ff. 1. p. eod.* ad quam classem spectant
& illi, qui in tabulis publicis minorem pecuniæ quantitatem, quam
quâ venierit, scripserunt. *l. has Lege ff. ad L. Jul. Pecul.* (5) *Præda*
quoq; capta ab hostibus, si à quopiam subripiatur, *Peculatus* crimen
est *l. penult. ff. eod.* Quod Anton. Matthaeus tract. de criminib. ad
lib. 48. tit. 10. de Peculatu. cap. 1. n. 4. non solum intelligit de illâ
præda, qua in pecuniâ sed & aliis corporibus consistit, sive illa Quæ-
storibus jam fuerit numerata & arario illata, seu more militie Ro-

MANE

428 DE CRIMINÈ PECULATUS, SACRILEGII,
mane inter Milices dividenda. (6) Peculatus porro reierant,
mutuam accipientes pecuniam ab officialibus publicis,
i. i. C. d. iis qui ex publ. ration., qui sub specie Creditoris pecuniam
dant, si quis pecuniam publicam ex arario attributam in eos usus
non convertat, quos debebat, retinentes eam domo eademq; nego-
tiantes quod crimen peculatus in judicibus capitale erat, §. Item
Lex Julia d. pecul. Instit. d. Pub. Jud. l. 4. §. sed & qui pecun. ff. adl.
Jul. Pecul. I. sacrilegi §. ult. eod. (2) Videtur quoq; tunc Peculatus
reus quis fieri, si quis simuler se Fisci Creditorem, privatam accipiat
pecuniam, I. sacrilegii §. Labeoff. b. t. Quibus & aliis quam plu-
rimis modis Peculatus crimen censemur in Rep. Romanâ
committi potuisse: Qui tamen omnes & singuli modi
mutata Reip. formâ ad usum specialiter nostrum non vi-
deo, quomodo possint applicari. Certum tamen est, e-
tiam hodie crimen Peculatus committi, quoties Res, quæ
Reip. est, vel pecunia, intervertitur, subripitur; quod cri-
men in Rep. magni est momenti, & necessario reprimen-
dum severissimis poenis: cum pecunia publica nervus sit
Reip., & quemadmodum corpori cibus, eidem alimento, ut pecula-
tum committentes & ararium expilantes, cibum ori populi eripere
videantur. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 8. c. 28. & 29. Poena hu-
jus Criminis (1) alia Juris est Civilis Romani, alia Moderni (2)
Illa vel est Pecuniaria, vel Criminalis. Pecuniaria poena erat
Restitutio Quadrupli, vel etiam dupli: Et Quadrupli poena
potissimum obtinebat in constlati metallici criminis, prada subre-
ptione, pecunia que fisco incorporata jam fuit, quemadmodum
dupli in pecuniae ablatione quæ fisci nondum fuit. Capoll.
consil. 39. n. 35. Curt. Ju. consil. 19. n. 13. Damhouder. prax. crimin. c. 115.
quod quadruplum ab haeredibus quoq; exigi potest. Pere-
grin. 4. d. Jur. ffs. 5. n. 31. Propper. Farinac. qu. cr. 10. n. 73. l. 6. in ff. b. t.
& l. ult. ff. eod. Quod reliquas poenas Romanorum corpora-
les attinet variaz fuerunt: l. 3. ff. b. t. mentio fit, interdictionis
equa



aqua & igni, in cuius locum successisse videtur Deportatio
cum amissione omnium bonorum. Tiber. Decian. tr. aff. cr. lib. 8. c. 30.
n. 1. Wesenb. P. ff. b. t. n. 7. Fures & Peculatores Metalli Cæsa-
riani, ex edicto Divi Pii exilio vel metallo puniti secun-
dum dignitatem personæ. l. sacrileg. § pen. ff. b. t. l. 3. §. ult. l. 6. ff.
b. t. §. item lex Jul. 9. l. d. p. I. Imprimis verò Judices, qui in ipsa 15
administratione pecuniā publicā subripuerint, capite pu-
niri jubentur, quā rectè etiam plectuntur consci & mini-
sterium exhibentes. l. 1. C. ad l. Jul. Pec. §. Item Lex Julia Inst. d.
Pub. Jud. Et fuit hāc in re non contemnenda Lex Platonis, 16
quam habet lib. 12. d. LL., quā præcipitur, ut si quis aliquid pu-
blicum furatus fuerit, sive parvum, sive magnum, pari supplicio pu-
niatur. Nam qui rem parvam sustulit, minori quidem vi, quam
qui magna, r. apud, equaliter tamen cupiditate furatus est, majora ra-
pturus si potuisset: non enim parvitate furti peculatoris differunt,
& c. & ita civem putat pejorem fure & insanabilem mortis suppli-
cio condemnandum. Tiber. Decian. d. l. n. 8. Anton. Matthae. d. l. cap. 2.
n. 2. ut non male conquestus sit inde Cato, quod non pu-
niantur capite Peculatores, his verbis: Fures privatorum fur-
torum in nervis atq; compedibus vitam agunt, fures publici in auro
atq; purpurā gloriose se ostentant. Gell. l. ii. c. ult. Petr. Theod. Coll. cr.
disp. 9. tb. 3. lit. D. Et sane optandum esset, ne hoc pesimo se- 17
culo licentia esset hominibus malis, qui vel avario, vela-
liis publicis redditibus præsunt, tam liberè circa pecunias
& res publicas Principum & Reip. grassandi, cum expe-
riential loquatur, & ipsa dies, dari quamplurimos, qui of-
ficio admoti pauperrimi sunt, aliquot verò annis præter
lapsis & quidem paucissimis, omnium divitiarum copiis
abundant, non solum pecunia publica, sed & piis causis
destinata, hirundines, sanguine & succo Reip. plena. Nec 18
video rationis solidæ quid subesse, circa crimen pecula-
tus, numae illi faciant, qui extra administrationem sunt,

430 DE CRIMINE PECULATUS, SACRILEGI,
quam illi, qui sunt Judices vel administratores: cum ab-
surdum videatur, illos extra legis poenam esse debere, quo-
rum fidei & periculo res & pecunia publica concredu-
tur, quod in illis major fides requiratur, & ob majorem
peccandi facultatem, ne illam sibi sumant, in exemplum
aliorum sint acerbius furibus simplicibus plectendi. An-
ton. Mattheus tract. d. crim. tit. 10. c. 1. n. 7. Et quamvis accurate
distinguatur inter crimen residui & peculatus, quod il-
lud sit, quod committitur in pecunia sua fidei commissa;
Peculatus, ab extraneo, Furtum tamen utrumq; est insig-
nitus merito capitali poenam afficiendum. Sed placuit ita
19 communi Dd. opinioni, ut secundum l. 9. §. 2. ff. b. t. mitius
agendum sit cum eo, cuius fidei & administrationi, custodia, &
periculo pecunia publica commissa est, ut aditio in rebus sacris
Questori thesaurario, quod illi non capitaliter sed civiliter conve-
niri possint. Et quod magis est, quod Excellentia hominis
excusat a Peculatu. Cepoll. consil. 29. n. 35. in f. hb. 3. Tiber. Decian.
tract. crim. cap. 32. n. 11. Petr. Theodor. Colleg. Crim. diff. 9. tb. 3. lit. D.
in fin. Bened. Carpzov. tract. Crim. p. 2. qu. 85. nu. 10. Furtum illud
non punitur capite, quod committitur ab iis, quorum
administrationi pecunia sunt concredita, sed sola su-
pendit poena locum habere creditur in furto & Peculatu
simplici i. e. ab iis extra administrationem commisso, quæ
poena suspendii in locum deportationis successive dic-
tut, Constitut. Carolin. P. H. O. art. 162. Quamvis fere contra-
rium sit dicendum ex art. 270. Tit. Straff derjenigen so mit
vertrauter oder hingelegter Haabe ungetreulich handeln. Wel-
cher mit eines andern Gütern/ die ihm in guten Glauben zu be-
halten und verwahren gegeben sind / mutwillig und gefährli-
cher weist dem Gläubiger zu Schaden handelt/ solche Misschärfet
ist einem Diebstahl gleich zu straffen. Et communi illi senten-
tia Dd. in Electoratu Saxonie non subscribendū, ut pote,
quod



quod in eo & mortis supplicium irrogari posse in eos,
qui perfidè administrarunt, pecuniam publicam constit.
41. p. 4. Et notatu sunt hæc de re digna verba Edicti Elezioni-
lis anno 1584. §. nach dem. lb. In betrachtung/das man sich vor
anderen Dieben etlicher massen hüten und vorsehen/aber von un-
treuen falschen Dienern/welchen man vertrauen muß/nicht vers-
wahren/noch ihnen ins Herz sehen kan/derohalben sie wol billig
ernster Straße/als die gemeine Diebe würdig.

Altera species Peculatus est Sacrilegium, Nimirum fur-
tum rei sacra i.e. Deo consecratæ vel donatæ l. 4 ff. ad L. J.
pecul. vel etiam religiosa: ex loco religioso, puta ornamenti se-
pulchrorum &c. Wesenb. P.b.t.n.4. De quo criminè pluribus
cum jamdum sit dictum in Dissertatione nostra I. Cap. 3. scđt. 2.
n. 21. nolumus eandem hic cum nauseâ apponere cram-
ben. Illud tamen addimus, quod plus sit quam furtum, &
quod hoc in crimine res sacrae propriè sumantur pro illis, quæ
Deo sunt sacratae & dicatae §. Sacra. Inst. d.R.D. Et est quidem 22
illud crimen gravius Peculatu in specie sic dicto, quod hoc
saltem res profana & publica subripiatur, quo soli Reip. damnum
infertur, illud autem in ipsis quoq; Dei & sacerorum profanatio-
nem vergat. Cui illud anneximus, quod cum varia sint Sa- 23
crilegii species, dum aliud est propriè sic dictum aliud impro-
priè vel quasi, & locus ipsius sacrilegii attendendus, & res,
quæ surripitur, nec non Personæ, Varia hujus nec unius ge-
neris sint poenæ. Quemadmodum nec rejicienda est pe-
nitius differentia inter sacrilegium circa Personas, Loca.
Aliter enim punitur Ipsi DEO Principi & Sacerdotibus
sacra administrantibus injuriā inferendo, l. 10. C. d. Episcop. &
Cleric. Aliter circa loca sacra malè versando, templa occu-
pando, Ecclesias violando, incendendo, sanguinem fundendo,
sacraturbando. Autent, sed non Jure C. d. Episcop. & Cler. l. 2. C. d.
Crim. Sacr. l. 5. C. d. SS. Eccles. l. 2. ff. d. Coll. illicit. c. in literi. X. d. rapt.
Et deniq; aliter: Sacrilegium circarem, (quod propriè vide-

432 DE CRIMINE PECULATUS, SACRILEGII,
tur tale esse)res sacras contrectando, surripiendo calices, pati-
nas &c. arcam eleemosinariam: &c. Pro quibus & aliis cir-
cumstantiis variae irrogantur pœnæ: habitâ ratione Rei,
temporis, atatis, sexus, persona. Videri & consuli de hujus Cri-
minis pœna omnino distingue debet Ord. Carol. P. H. D.
artic. 171. Diebstal heiliger und geweihter Dinge an heiligen

24 und geweihten Städten/ add. art. 172 173. 174. 175. Ubi notan-
dum: quod etiam ratione pœnæ, mitius procedatur cir-
ca Quasi Sacrilegium, quod dicitur committi, legem divinam
omittendo, vel intellectum ejus violando, de autoritate legis, nec nō
de Electi Principis dignitate disputando &c. l.1.C.d.crim.sacr.l.3.C.
cod.de quibus & aliis vid.Tholosan.Syntag.lib.32.c.14.15. Tiber.
Decian.lib.6.cap.17.Petr.Theodor.Collég.Crimin.disp.9.tb.4.Foller.
in Pract.crim.c.17.n.1.Vincent.d.Franchis dec.315.n.11.Jodoc.Dam-
bouder.c.111.Gomez.de delict.c.5.Farin.pr.crim.tit.d.furt.Bocer.
p.1.class.4.disp.6 tb.55.Ludov.Pegner.decis.crim.24.num.17. &c. 20.
Ægid.Boss.tit.d.sacrileg.Ignat.Lopez.pr.crim.can.c.91. Multa
vero, quæ nostro Saxonico foro obtinent circa hoc cri-
men puniendum, vide imprimis apud Bened.Carpzon.p.2.
quest.8.g. De Sacrilegio ejusq; Pœnæ.

25 Affine multum III. quoq; Peculatus & Sacrilegio est Cri-
men Residuorum, vel ut alii malunt, Residuarum. De quo iti-
dem Lex Julia est concepta, quæ locum habet contra Ad-
ministratores, publicam pecuniam intercipientes, & retinentes,
perinde, uti Lex Julia Peculatus, contra alium datur extra-
neum, non administratorem, qui publicas pecunias sur-
ripuit Prosp.Farinap.7.quest.171.n.57. Et illud quidem com-
mittitur, non solum quando Administratori pecuniam
publicam in usum debitum non expendit, sed & rejet, l.2.ff.adl.Jul.Pecula.vel in proprios usus convertit, l.4.S.3.ff.

26 cod.Petr.Gregor.Tholosan.lib.33.Syntag.20.num.20.Qui omnino
furti quoq; tenentur, ejusdemq; pœnæ, quamvis non com-
muni jure, tamen Saxonico Bened.Carpz.Pract.Crim.p.2 qu.
85.pr.



85. præsertim in Electoratu Saxoniae. s. Quæstores vel officiales dolosè & fraudulenter subtraxerint vel in usus proprios converserint summam 100 fl. Quo casu & quæ, ut reliqui fures, suspedio puniuntur. A quâ pœnâ tamen liberantur. (1) Si de delicti corpore non certo constet (2) si damnum resarciant pœnitentia ducti ante carcerationem. (3) Si magis culpâ quam fraude, & magis negligenter quam dolose administrarint. (4) Si summa subtracta non aquaverit 50 fl. pœna carceris vel exili obtinet. (5) Si illa summa excedat 50 fl. fustigationi locus est. Constitut. 41. p. 4. Quæ pœna capitalis quoque eo casu cessat, si res subtrahantur, quæ quidem alienæ fidei & custodie, non vero administratiōni subiecta. Et ita facile nunquam Depositarius vel Commodatarius pœnâ capitali afficiuntur, quod dolus aliquo modo purgari videatur per actionem ex contractu, vel quasi. Quod & obtinet in Tabellariis perfidis, pecuniam concretam dilapidantibus. De quibus & aliis casibus vide omnino Bened. Carpz. pr. crim. p. 2. quæst. 85. De furto in reb. creditis comm. Ad de Daniel Mollerum in Conslit. Electoral. 41. p. 4. Matthiam Colerum p. 1. decis. 207. n. 3. Berlichium p. 5. concl. 57. Virgil. Pingitzer. quæst. Saxo. 47. Boerum tract. d. furt. c. 2. Quænam vero pœna obtineat in Criminis Residuarum de Jure Civili vid. Anton. Matthaeum de Crim. ad lib. 48. ff. tit. 10. c. 5.

Et his absolutis impletæ jam videmur numerum & 29 Catalogum illorum Criminum quæ l. i. ff. d. Publ. Jud. vocantur Publicorum judiciorum, uti fuerunt Crimen. L. Majestatis divina & humana. Delicta carnis, Concubinatus, stuprum, fornicatio, Adulterium, incestus, Sodomia, Homicidium, Parricidium, Incendium, Vis publica & privata, Falsum, Crimen Repetundarum, fraudata annone, ambitus, Simonie, Peculatus, Sacrilegi, Residuarum. Restat unicum illud, quod dicitur Plagium, vel furtum hominis, de quo lata fuit apud Romanos Lex Falsa de Plagiariis. Verum hac de materia jam à nobis cum actum

434 DE CRIMINIBUS EXTRAORDINARIIS.
sit *Dissert.* nost. i. circa varias furti species *Cap. 3. sect. 2.* Missis
illis criminibus, quæ dicta sunt Publicorum judiciorum,
nunc descendimus ad Delicta Extraordinaria.

CAPUT QVINTUM
De
CRIMINIBUS EXTRAORDINARIIS.
SUMMARIA.

1. Continuatio operis.
2. Quenam sint & dicantur
Jure Romano Crimina Ex-
traordinaria.
3. Multitudo & varietas horum
criminum.
4. Crimina Extraordinaria, &
quorum mentio sit Tit. gene-
raff. de Extraord. Criminib.
5. Crimina extraordinaria spe-
cialibus Titulis ff. & C. eno-
data.
6. Alia Crimina Extraordina-
ria à Criminalibus recensita.
7. Quenam Crimina Extraor-
dinaria Popularia, quenam
Non Popularia.

1. Videlimus hactenus ea Delicta, quæ Privata, item illa, quæ
Publica seu Publicorum dicuntur judiciorum, & de singu-
lis quidem ordine, & pro instituti ratione breviter. Cum
vero & alia adhuc in Jurisprudentia Romana restent, quæ
nec catalogo Privatorum, nec Publicorum Criminum per
omnia accensentur, & quibus certa pœna Legibus non est
determinata, de illis & quidem brevisime (cum de mul-
tis incidenter jam dictum sit, circa privata vel publica deli-
cta,) nunc in calce hujus Dissertationis aliquid addemus,
magis illa, quæ vocatur Extraordinaria, quoad singulas spe-
cies & earum naturam recensendo, quam prolixis expli-
cando. Sunt igitur & dicuntur EXTRAORDINARIA CRIMINA
Jure Civili Romano t. t. ff. d. Extraord. crim. illa, quæ à Lege
prescriptam nullam habent pœnam, sed quæ extra ordinem coe-
peri solent l. annonam l. pen. & fin. ff. d. extraord. crim. ex arbitrio
Judi-
- 2.



DE CRIMINIBUS EXTRAORDINARIIS. 435

Judicis, secundum varias circumstantias ipsius, criminis atatis loci &c. Wesenbec. in Part. ad h. t. ff. n. ult. Et horum species videantur esse innumeræ, cum uti morbi corporis, ita & animi vitia & delicta nullis limitibus, vel nominibus videantur posse circumscribi. Nos ergo illa saltem præcipua tangemus, quæ partim præsenti tit. d. Extr. crim. partim peculiaribus titulis hb. 47 ff. a. tit. 12. usq; ad tit. 23. Nec non libris Codicis hb. 9. tit. 19. 29. 32. 34. comprehenduntur. Sunt autem sequentia potissimum. (1) *Solicitatio alienarum nuptiarum, interpellatio matrimoniorum, et si delinquentes effectu potiri non possint, quod in illo crimine voluntas pernicioſe libidinis extra ordinem puniatur l. 1. ff. d. extraord. criminib.* (2) *Si quis simo corrupto aliquem perfuderit, ceno, luto oblinuerit, aquas spurcaverit, fistulas, lacus, quidve aliud ad injuriam publicam contaminaverit, l. 1. §. ff. b. t.* (3) *Si stuprum fuerit attentatum in puerum, puella vel mulier interpellata, vel impudicitia gratia donum aliquod datum, l. 1. §. 2. b. t.* (4) *Catuum illicitorum convocatio sub praetexture ligionis, vel specie solvendi voti, l. 2. ff. b. t.* (5) *Partus Abactio vel Abortus procuratio, l. 4. ff. b. t.* (6) *Ars Sacculariorum, quæ arte Magica pecunia subripitur, quibus similes sunt Manticarii, Zonarii Gaudiebe, Beutelschneidei. Item ars Directariorum, qui in aliena canacula se ingerunt, furandi animo, furibus similes. Quibus non dissimiles sunt Circulatores, qui sapientes circumferunt & proponunt & damnum inferunt.* Item Circumforanei Marcheschreier, Quacksalber, Tyriackskrämer, & illi qui, & ale genus viæ exercent, vel quod turpe est & in honestum, vel communi Reip. saluti magis noxiun, quam salutare l. 7. ff. b. t. (7) *Pertinent & referuntur hoc quoque Crimina, quæ in certis saltim Provinciis cognita fuerunt, Sic in Arabia Crimen fuit ὀκοπελιτους id est Lapidum Positio, quod si quis cum agrum coluisset, letho periturus esset insidiis eorum, qui scopulos posuissent, quæ res tantum terrorera incussit, ut natus ad illum agrum ausus fuerit accedere, crude-*

436 DE CRIMINIBUS EXTRAORDINARIIS.

crudelitatem timens eorum, qui οποια λιγουν fecerunt, Quae res arbitriariè à Præside usq; ad capitis pœnam coercita fuit. l.9 ff. d. extraordinar. Criminib. (8) In Ægypto crimen fuitingens, si ageribus Nili fuerit nocitum, si quis cbomata ruperit vel dissolvet, id est aggeres, qui Aquam Nili fluvij continebant. Hoc crimen extra ordinem punitū fuit pro conditione delinquentis & pro delicti mensurā, ad quod crimen etiam spectabat, si quis arbores exciderit que colligabant aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensabantur & coercabantur. l.10 ff. b. t. Et hæc sunt illa, quæ sub rubricâ generali Tituli ff. d. Extraord. crim. continentur.
5. Hic adjunguntur specialibus Titulis. (9) Crimen Sepulcri violati. (10) Concussionis. (11) Abigeatus. (12) Prævaricationis. (13) Receptionis. (14) Furti Balnearii. (15) Effractionis & Expilacionis. (16) Expilatæ Hereditatis. (17) Stellionatus. (21) Trimini moti.
6. (22) Collegii & Corporis illiciti. Adjungunt illis Criminalistæ. (23) Crimen Periuri. (24) Expositionem Infantis. (25) Mendicantium improbitatem. (26) Carceris effractionem. (27) Fenerationem, aleam & Ebrietatem. De quibus vide ordine Anton.
7. Mattheum tract. d. criminib. ad lib. 47 ff. Petrus Theodosius Coll. crim. disp. g. distinguit crimina Extraordinaria in popularia &
Non popularia, hæc illa vocat, quæ totum populum laedunt: uti est Albi Corrupti, Spretæ Jurisdictionis & contumacia, dejectio vel effusio ex cenaculo, qua liber homo periret, noxiū animal habere, quo iter fit, Testamenti apertura, Injuria sacris illata, delicta contra ecclesia & loca publica, flumina &c. Non Popularia autem vocat, quibus potius privata laeduntur & ad illa referre ea, de quibus antea jam dictum. Nos de quibusdam ex illis pauca dicemus.

SECTIO II.

De

PARTU ABACTO VEL PROCURA-
TO ABORTU.

SUM-



DE PARTU ABACTO VEL PROCURATO ABORTU. 437
SUMMARIA.

1. Crimen abacti Partus vel Publicum est, vel Extraordinarium.
2. Sententia eorum, qui omne abacti partus crimen capitale dicunt, quod omnis partus sit animatus, & s̄p̄s hominis, homo.
3. Sententia eorum, qui omne crimen abortus procuratus extraordinarium afferunt.
4. Sententia media & Communis Jctorum afferentium, animati & perfecti partus
- abactionem ad crimen publicum, imperfecti autem ad extraordinarium referendum.
5. Num distinctio partus formati & informis, in jure Civilis sit fundata?
6. Conciliatur sententia Philosophorum & Jctorum, ratione distinctionis partus animati & inanimati.
7. Responso ad quorundam Theologorum objectiones.

Hoc crimen dupliki venit ratione considerandum, Vel (1) quatenus Publicum est, & Lege Cornelii vindicandum, tanquam homicidium, de quo etiam dictum a nobis est in Dissertat. IV. circa homicidium. Vel (2) ut Extraordinarium prout hoc crimen dicitur l. 4. ff. d. Extraordin. crim. Divus Severus & Antoninus rescriperunt, eam, que data opera abegit, a Preside in temporale exilium dandam, indignum enim videri potest, impune illam maritū liberis fraudasse. Similis argumenti lex est 8. ff. adl. Cornel. d. siccari. Si mulierem visceribus suis vim intulisse, quo partus abigeretur, constituerit, eam in exilium praes provinciae exigit. Hujus rei ratio nobis breviter danda est, quare unum idemq; delictum ad diversa capita referatur, & modo lege Cornelii vindicandum, modo extraordinariè puniendum precipiatur? Et sane sunt: qui omne partus abacti dolo malo crimen Lege Cornelii vindicandum censem & capitale ex eo, quod ex saniorum Philosophorum, quibus & Theologi orthodoxi stipulantur, mente, omnis partus & fatus

Kkk

in

in utero sit animatus, dum anima implantetur confessim à tempore conceptionis cum ipso semine & quasi per traducem, contra Jenensis cuiusdam Philosophi opinionē, cuius sententia à Philosophis Wittenbergensibus jam dum explosa. (2) Utuntur ad fundandam hanc suam sententiam argumento à Minorī ad majus. Quod si n. capitale sit sacris literis, vel semen mittere in terram virile juxta Legem Moysis, Gen. 38. i. mō, si ultimo suppicio dignum Legibus Civilibus censetur crimen, vel saltem spem hominis extinguiere, Spadones facere, se ipsum vel castrare alios, si Medico excidere capitale & adimere virilitatem, l. 4. in fin ff. ad l. Cornel. d. Sicar. multo magis homicidium erit poena capitali plectendum hominem iam conceptum, qui secundum Philosophorum sententiam, uti dictum, à tempore conceptionis animam sortitur, poculo abortionis vel aliā quāpiam violentiā enecare. Contra v. sunt, qui abacti partus vel fætus in utero crimen nunquam pœnā gladii tanquam homicidium puniendum docent, sed semper extra ordinē. Moti potissimum his duabus rationibus, (1) quod Legibus nullibi hoc crimen dicatur esse capitale vel lege Cornelia vindicandū, neq; illa distinctio inter partū animatum & inanimatum ullibi expressis verbis in Jure reperiatur. Lex Cornelia (2) cædem hominis vindicet, cui annumerari non posset, homo antequam esset in lucem editus. l. 1. §. ff. d. ventr. inspiciens. l. 14. C. d. fideicom. libert.

4. Verum non obstantibus his & aliorum dissidentium opinionibus Quæstio omnis dependet ex illa communij Ctorū distinctione, quā Partus, qui abigitur ex utero talis, est vel Animatus, vel inanimatus, & Priori quidem casu committi homicidium verum & crimen Lege Cornelia vindicandum, quem in finem de eo tractavimus supra Dissertat. noſt.
4. Posteriori vero Extraordinarium esse crimen & extra ordinem puniri.

puniendum, Communis est Dd. & unanimis Criminalistarum sententia, ad unum omnium calculo hactenus approbata. Nec obstat (1) Quod nulla lege Civilis illa distinctione ex-
prese reperiatur: Respondeatur: Implicite satis colligi potest ex l.38. §. Qui abortionis aut amatorium poculum dant, et si dolo non faciant, tamen, quia mali exempli res est, humiliores in metallo, honestiores in insulam, amissâ parte bonorum, relegantur. Quod si eo MULIER aut HOMO perierit summo suppicio adficiuntur. Quæ verba: *Mulier aut homo, quamvis aliqui inter dissentientes explicent de unâ personâ mulieris, cui poculum abortionis datum est; rectius tamen ad fætum extendenda censemur, qui jam homo erat cum abigeretur: id est formatus, cum informis fætus magis creditur spes hominis, quam homo.* Anton. Mattheus tractat. d. criminib. ad lib. ff. 47. tit. 5. cap. 1. d. part. abact. n. 2. Quod vero (2) modernorum Saniorum Philosophorum opinionem attinet; quod anima transplantetur per traducem, & inde à tempore conceptionis confestim partus in utero sit animatus dicendus. Illam equidem in scholâ Philosophorum nec nos improbamus, cum & illa suas non debiles, sed firmas habeat rationes. Sed putamus illâ Philosophorum opinione illam JCtorum distinctionem, quâ alia poena statuitur in fætum animatum & inanimatum, nondum esse penitus sublatam. Illâ enim refutatur saltem illorum opinio, qui docent demum mediâ aliquot diebus post conceptionem inspirari & immitti divinitus animam. Hanc litem JCTi non faciunt suam, nec impugnant illam sententiam priorem, quod anima cum semine transplantetur. Hactenus enim in eorum descendimus partes, quod & in tali partu homicidium committatur, si spem hominis pro homine sumas & informi, quamvis physicè animato. Sed ratione perfectionis corporis illiusque membrorum illum dicimus

partum animatum, quasi formatum, in quo per exteriorem motum jam se exserit anima, contra inanimatum illum, quasi informem fætum, in quo nulla anima externa deprehenduntur signa: quamvis per se possit physice animam habere. Et hæc ratione proportionem & gradus inter pœnam Legislatores constituerunt abacti partus, ut illud magis capitale esset crimen, quo formatus, minus vero capitale & extra ordinem puniendum, quo informis abigitur & enecatur. Ut non videam, quomodo Philosophorum sententia, quamvis per se justa, hanc JCtorum tollere possit proportionem pœnarum. Quamvis enim uterque fœtus homo sit statim à momento conceptionis, non tamen ejusdem qualitatis, nec ratione suæ perfectionis corporis, ut ita majus delictum majori, minus mitiori sit afficiendum pœna. Et si Aristoteli credimus, nec ille videtur hos gradus perfecti & imperfecti partus denegare. Quando lib. 11. d. generat. anim. c. 111. scribit. Vivere equidem conceptum utero semen, primum, ut planta, dein, ut anima, postremo, ut homo ordineq; successivo aut generari aut infundi animas, vegetantem sensitivam rationalem. Quam sententiam, si rectè explicetur, non putto, esse nostris Philosophis contrariam. Sed satis faciendum jam nunc erit Theologis, qui eadem ducti ratione, quâ Philosophi, hanc JCtorum sententiam improbant: Et ita nempe Tertullianus hæc de re sentit: Nobis homicidio semel interdicto etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est, prohibere nasci: nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet. Homo est & qui futurus, etiam fructus omnis jam in semine est. Cui addunt illud Gen. 38. de semine. Sed opponimus his (1) Sacram ipsam paginam, quâ hæc divisio ratione pœnæ expressis verbis fundata. Exod. 21. v. 22. ubi locum Junius ita explicat. Si rixati fuerint Viri, & percusserint mulierem prægnantem,

tem, exieritq; factus ejus, si quidem informis, multa multabitur percussor, si vero jam formatus, dabit animam pro anima. (2) Theologis oppono Theologum Augustinum Jure Canonico citatum c. Moyses 32, quest. 2. Moses Tradidit, si quis percusserit mulierem in utero habentem & abortiviterit, si formatum fuerit, det animam pro anima, si informatum fuerit mulctetur pecunia &c. Clarus Hieronimus c. sicuti 32. quæ semina paulatim formantur in uteris, & tamdiu non reputatur homo, donec elementa confecta suas imagines membrorum suscipiant. Accedunt (3) testimonia Principum Medicorum Galeni lib. 1. d. sem. 9. & Hippocratis (4) Leges Publicæ ordinat. Carolina & Constitution. Electoral. in dissert. 4. à nobis allegata, quibus expressè hæc distinctio in animatum & inanimatum partum recepta; quamvis nolumus his solis LL. pugnare tanquam domesticis argumentis ex Jurisprudentia de promptis & sacrilegium aliás sit de Legis veritate dubitare.

CAP: V.

SECTIO III.

Des

SEPULCHRO VIOLATO.

Ad Tit. 12. lib. ff. 47. & C. lib. 9. tit. 19.

SUMMARIA.

1. Sanioribus Gentibus uti sepulchra religiosa, ita eorum habita fuit violatio atrox crimen.
2. Quid sepulcrum, monumentum, locus religiosus?
3. 4. In hoc crimine adsit dolus, quem comitatur infamia.
5. Varii modi, quibus sepulchra dicantur violari.
6. Prout hujus criminis varia genera, variæ pœna.
7. Et Honestatis & pietatis est, mortuos honeste terre mandare, & summa injuria, sepultorum cadaveri dolosè movere & turbare.
8. Duplex de sepulchro violato actio datur, Civilis & Criminialis.

Kkk 3

9. Quæ

9. Quanam actio Pratoria Ci- violatio species Sacrilegiū
vitis. est.
10. Pœna hujus delicti criminis. 12. Iſus tamen hujus Tituli vel
les. actionis Civilis non prorsus
11. Noſtris moribus, quo privatā sublatius.
sepulcraceſſant, ſepulchrorum

Cum paſſim apud gentes etiam Ethnicas ſepulchra in ſumma habita fuerint religione, quæ etiam mortui hominis illatione locis religiosis nomen dederunt, ſepulchrorum & locorum venerabilium violatio pro criminis atrocis & sacrilegio, non ſaltem Legibus Romanis sed & aliorum populum moribus habetur, l.5. C. d. ſepulcr. violat. Eſt nempe Sepulchrum locus, ubi corpus offave hominis condita ſunt, uti monumentum, quod memoriae caue ſepulcbris adſicitur. Et catenius, quatenus corpus humatum eſt, locus ille redditur religiosus, i.e. injuriis hominum & commercio civili profanoque remouit l.2. §.5. & 6. ff. d. religios. & Sump. funer. Horum ſepulchrorum violatio ut crimen aliquod ſit, requiritur dolus, ut in omnibus delictis. Innuunt hoc verba Pratoris l.3. ff. d. ſepulcr. violato: Cujus dolo male ſepulchrum violatum eſſe dicitur, in eum in factum judicium dabo. Quid dolus ſi adſit, quo alterius manes inquietentur & ossa turbentur, hoc crimen comitat infamia l.1. ff. b. t. cum ex omni dolo dedecus & turpitudo, tanquam ex fonte poffimo, proſluat §. ulti. Inſl. d. ſuſpect. Tutorib. t. t. ff. d. bis qui notant infam. Weſenbec. Parat. ad b. t. v. 7. Quot modis vero hoc crimen committatur & quomodo ſepulchra violentur, jam paucis dispiciendum nobis eſt: Et uti in omni criminis, ſic & in hoc gradus dantur, & plus minusve peccatur. Aut enim ſepulchris mortuorum injuria infertur violando, rumpendo, ſaxa & monumenta diruendo, evertendo, auferendo, aut inferendo mortuum, qui eo non debet bat inferri, aut ei injuria fiat, illud occupando, inhabitando, inedificando,

cando, vel cadavera & ossa penitus tollendo. Vel mille aliis modis, vel ipsis sepulchris, vel cadaveribus, ossibus, eorumq; vestimentis, ornamentiis, monumentis statuis bustis columnis aliquid detrahendo. l.2.3. l. ult. ff.d. sepulcr. violat. l.5. & 4.C. eod. l.38. ff.d. religios. & sum. fum. l.15. qui imputeum n. §. si quis ff. quod vi aut clam. Quinimo referant & Wesenbeccius & alii ad hoc crimen, si qui in civitate sepulchrum faciunt, quod interdictum fuerat edicto Adriani pena 40. aureorum, quâ tenebatur & Magistratus, qui fieri passus fuerat l.3. §. Divus ff.b.t. Et denique hoc crimen extendunt ad eos, qui furcis affixos vel suspensos denudat, tollunt, vel semi-mortuos deserunt, ut perire cogantur. Wesenbec. Parat. b.t.
 n. 3. Prout nempe varia hujus Criminis violati sepulcri 6 sunt species, ita non una eademque poena. In genere tamen ab omnibus seniori ratione & honestatis amantibus nationibus pro atroci crimine habitum fuit: quod passim nefas dicatur ossa & cineres turbare. Die Todten in der Erden verunruhigen: Et quemadmodum ad Reip. bene constituta ornamentum & salubritatem ipsius aeris facit, & conductit, ne mortuorum cadavera maneant insepulta, ita ipsorum defunctorum honori vergit, si Christiano & honesto more terra mandentur, pro cuiusque loci piâ consuetudine, sepulta vero corpora defunctorum injuriis viventium non exponantur. Nec enim attendendus est mos barbarorum, mortuos suos vel canib; objicientium, vel nullam rationem honesti sepulchri habentium, cum sacra literae ad hunc honorem mortuis exhibendū invitent, & pro summâ injuria habeant, si defunctorum ossa moveantur & vexentur. 1. Reg.13. 2. R.23. Leges itaque contra hoc crimen varias proposuerunt actiones & remedia, Nimirum datur de Jure Romano Civili, vel contra Violatorem Sepulchorum actio Pratoria ex edicto, Nec non Accusatio 7
 criminis 8

¶ **criminalis.** Illa continetur l.3. ff. b.t. Tria hoc edictum possimum continet, (1.) ut si quis ageret, quanti ei visum fuerit, in id Praetor violatorem condemnabat. (2.) Si nemo erat, qui ageret, ad quem res pertineret, dabant ei qui agere volebat, actionem 100. aureorum. (3.) Si quis in sepulchro dolo malo habitaverit, vel adficiun alium habuerit, dabant actionem 200. aureorum. Accusatio ex hoc delicto respicit poenam, quae pro qualitate delicti multivaria est. Vel enim erat Deportatio, vel relegatio, vel damnatio in metallum, vel ultimum etiam supplicium, si ipsa corpora extracta, vel ossa. ult. ff. b.t. Erat etiam pena peccati cuniaria, l.3. C.eod. Nostris moribus, quibus corpora defunctorum non in locis vel hortis privatis sepeliuntur, hoc crimen ut plurimum conjunctum est cum Sacrilegio, dum sepulchra & monumenta vel in cæmiteriis, vel ipsis templis pro consuetudine cujusque loci & conditione Personarum conduntur & terra mandantur, quorum locorum sacrorum & religiosorum violatio omnino pro sacrilegio est habenda, quamvis propterea non omnes
 Tituli ff.d. Sepulchro violato usus videatur sublatu, cum uti olim, ita & hodie extraordinaria accusatio cum crimen sacrilegii bene concurrere possit. Adeo, ut si quis editio Praetoris ad damna resarcienda experiri velit, ei non sit denegandum: **Quod ex eo, quod minus frequentetur actio, non in totum censeatur sublata Anton. Matthaeus d. criminib adlib. 47. tit. 6. n. 8. Vide plura in dissertat. nostr. I. cap. 3. sect. 2. n. 18. item Constitutionem Elector. 34. p. 4. Bon Straffer/ die die Todten auffgraben, Bened. Carpzon. pr. crimin. p. 4. q. 83. n. 51. Tiberium Decian tract. crim. lib. 6. c. 44. Matth. Colerum. Decis. 147. Farinac. qu. crim. 20. Petr. Theodor. Colleg. Crimin. disput. 3. t. b. 10. Covarru. var. resolut. I.**
 num. II.

CAP.



CAP. V. SECTIO IV.
DE CONCUSSIONE.

Ad tit. ff. 13. lib. 47.

SUMMARIA.

1. Concussio quid sit.
2. Crimen concussionis non ad pecuniam solum spectat, sed & ad alias res metu extortas.
3. Concutere quis hoc loco dicatur.
4. Non solum à Magistratu sed & privato concusso fieri dicitur.
5. Quomodo concussio differat à Crimine repetundarum.
6. Quomodo differat à rapina, latrocinio, Sycophantiâ.
7. Modi, quibus fiat concussio.
8. Actiones ex hoc delicto civiles & Criminales quanā dentur.
9. Species Concussionis capitalis.

AD extraordianaria Crimina porr̄ refertur CONCUSSIO, 1
Crimen nemp̄ quo vis per metum & terrorem adigitur ad a-
liquid dandum vel faciendum, quod libertati sua relictus extra me-
tum illum non dedisset, neq; fecisset. Non solum verò hoc deli-
ctum pertinet ad pecuniam, uti nonnulli putant, qui defi-
niunt: pecunia per terrorēm prætextu juris alicujus injectum ex-
torsōnem. Petr. Theodoric. Colleg. Criminal. disput. 3. tb. 13. Quamvis
enī l. 1. & 2. ff. d. concuss. dicatur concussio, cum quis Judicū, Magi-
stratus, alicuiusve potestatis, quam habet metu, aut alio terrore, pe-
cuniam alicui extorquet. Illud tamen recte quoq; aliis in re-
bus perpetrari arbitratur Wesenbec. in Parat. ad tit. d. concuss. 3
utputa, si quis cogatur ad contrahendas nuptias, ad aliquē
contractum celebrandum &c. emendum, mutuo dandum &c.
Qui consentit Anton. Matthaeus tract. d. crim. ad lib. 47 ff. tit. 7.
c. 1. n. 1. ubi vocat: terrorēm injectum pecunie, vel rei alicujus ex-
torquende gratia, quamvis illud exemplum Wesenbecii de nuptiis
non admittat, sed rejiciat. Idem sentit Zæsus ad ff. tit. d. concussio.
Nemp̄ concutere hoc loco ille dicitur: qui alicujus mole-
stie aut incommodi metu illato pecuniā, aut rem, ab alio extorquet,
Strav. Exercitat. 48. tb. 92. Damboud. pr. cr. c. 29. Farinas. q. 141. n. 39.

80

LII

(2) No-

- 5 (2) Notandum præterea est, quod hoc Crimen concussionis non solum committatur à Magistratu pecuniam à subditis suis potestatis metu incusso extorquente, uti nonnulli arbitrantur, quos recenset Farinacius quæst. iii. n. 42. sed & à quovis alio, etiam privato, metum factō, vel verbis inferente. Tiber. Decian. tract. cr. lib. 8. c. 35. n. 24. Bartol. adl. i. ff. d. con-
cuss. Et in eoDiffert hoc crimen (1) à Crimine Repetundarū, quod hoc solum delictum à Magistratu vel officiali commissum vindicet & persequatur, concussio autem etiam fieri dicitur à Privato. (2) Crimen Repetundarum habet locum, sive à volente, sive invito Magistratus pecuniam sumpserit. Concussionis saltē in invito. Farinac. q. III. n. 43.
 7 Tiber. Decian. lib. 8. c. 35. n. 24. (3) Differt Concussionis crimen à rapina, qua res pervim aufertur, non solum metum: A Latrocinio verò & reliquis, quibus mortis periculum metuitur, mortis violentia, quę hic non adest, neq; spoliatio, jugulatio, obsessio, Et denique à Sycophantie crimen distat; quod concusso terrorre, Sycophanta calliditate & fraude utatur, Anton. Mattha. alleg. loc. n. 1. Inter modos igitur, quibus Concussionis crimen fiat, referunt LL. Romanæ potissimum hos.
 (1) Si magistratus civilis aliquid extorqueat pecunia metu vel ultra salaryum exigat. l. 6. §. 3. l. 1. ff. d. concuss. l. un. C. de super exact. lib. 10. l. ult. C. d. discussorib. lib. 10. (2) Si Magistratus Militaris, Centurio, Metator tale quid commiserit, l. 3. C. d. cond. ob tur. caus. l. 6. §. 1. & seq. ff. d. off. Presid. Alias plures species partim LL. partim Criminalista exprimunt, quas vide late apud Farinac. qu. III. n. 45. & seqq. Variae nascuntur ex
 9 hoc crimine actiones. (1) Actio privata, vel conductio ob turpem causam, actio in factum in quadruplo intra annum, post annum in simplum, item actio quod metus causa. (2) Actio extraordinaria, qua Judex imploratur ut reum pro qualitate deli eti puniat. (3) Concurrere etiam cum hac actione extraordinaria potest actio publica. Ex l. Cornelia de

DE CONCUSSIONE.

de Falsis, vel etiam repetundarum, si Magistratus est, qui ⁴⁴⁷ 10 accepit. *Constit. Carol. Crim.* etiam capitinis & gladii poena di-
gitatur illis, qui juris alicujus vel rei extorquendæ gratia
hominum violentorum factioni se adjunxerit: art. 128.
Straff derjenigen so bößlich austreten. *Quomodo vero*
actiones haec concurrant, vel altera præjudicet alteri vide
Sigismundum Flach/ Colleg. Crim. diff. 3. tb. 10. & II. Anton. Matth.
lib. 47. sit. 7. c. 2.

CAP. V. SECTIO V. DE PRÆVARICATIONE.

Ad tit. 15. ff. lib. 47.

SUMMARIA.

- | | |
|---|---|
| 1. <i>Prævaricatio unde dicta.</i> | 9. 10. <i>Alii modi prævaricationis Ad-</i> |
| 2. <i>Prævaricatio quid.</i> | <i>vocatorum.</i> |
| 3. <i>Prævaricatores quinam?</i> | 11. <i>Advocati & Procuratores Fi-</i> |
| 4. <i>Quinam propriè vel impropriè</i> | <i>sci quoq; hoc crimen incurunt.</i> |
| <i>tales?</i> | 12. <i>Pœna Prævaricatoris in publi-</i> |
| 5. <i>Quomodo differat Prævaricatio</i> | <i>co Judicio.</i> |
| <i>à Tergiversatione.</i> | 13. <i>Pœna in extraordinario Judicio.</i> |
| 6. <i>Num tam accusatores, quam Rei</i> | 14. <i>Pœna advocateorum de Jure Ci-</i> |
| <i>hoc crimen incurant.</i> | <i>vili & Carolino.</i> |
| 7. <i>Quando & quomodo Advocati</i> | 15. <i>Pœna Rei prævaricatoris.</i> |
| <i>prævaricentur?</i> | 16. <i>Probata prævaricatione sen-</i> |
| 8. <i>Quomodo negligentia Advocati</i> | <i>tentia rescinditur.</i> |
| <i>sit Prævaricatio.</i> | 17. <i>Ipsò jure non est nulla.</i> |

Sequitur *PRÆVARICATIO*: de cuius vocis origine multi
multa. Eam v., quā à varicando vel transversum eundo &
varicibus crurum, quibus, qui laborant, recte incedere
nequeunt, desumpta, optimam censet *Wesenbechius & Ar-*
ton. Mattheus ad hunc titulum l. 1. ff. & l. 212. ff. b. t. Translatum
nempe hoc vocabulum putant ab Aratore aratro incurvo
prævaricante in forum, & *Advocatum*, qui hinc stat, illinc
causam dicit. Est a. *Prævaricatio Crimen*, quo vel accusator, vel
Advocatus cum adversario colludit. & *Prævaricatores omnes* ¹ ₂ ₃

illi dicuntur, qui causam adversariis suis donant, & ex parte aetoris, in partem rei concedunt. Vel, qui diversam partem adiuvant proditione causam suam, vel etiam, qui ex utraque parte consisterunt. l. 212. ff. d. V. S. l. i. Prævaricator ff. b. t. Ubi notandum bene ex hoc

4 titulo: Quod propriè Is prævaricator dicatur, qui in publico iudicio accusaverit, & quod Advocatus impropriè Prævaricator dicatur, si utrig. partic consilium det. Quod si ergo ille privato iudicio vel publico prævaricatus sit, hoc est, prodiderit causam, ille extra ordinem solet puniri. l. i. ff. b. t.

5 Dissert autem Prævaricatio à Tergiversatione, quæ ei tamen affinis est, & est causa & instituta accusationis desertio. Scil. qui abolitione criminis nondum facta, post iudiciū acceptum animum accusandi deponit, Tergiversator est, non prævaricator, qui in publicis iudiciis punitur multa s. librarum auri fisco applicanda, ex SCto Turpilian. vel in extraordinariis iudiciis arbitrarie. l. i. §. 1. & l. ult. ff. ad SCt. Turpilian. Quæ tamen poena tergiversationis cessat in infirmi iudicii hominibus, minoribus, mulieribus, & abolitione impetrata: Cujac. ad ff. tit. ad SCt. Turpilian. Videndum nunc Quinam & quot modis fiant & sint Prævaricatores. Diximus (1.) Proprie esse Prævaricatores, Accusatores in publicis iudiciis, Quærunt num & Rei hoc crimen incurvant: Et recte dicitur quod non, quamvis enim nemo debeat esse prodigus vita sua, Leges tamen nullibi de illis loquuntur, ut liceat causam impune donare adversario, si quis perire festinet: Quod tamen negandum est de Advocato Rei, qui a que prævaricationis crimen incurrit si causam Rei, quam actoris prodidit donet &c. Anton. Matthaeus d. criminib. tit. g. cap. 1. n. 3. (2.) Altera Prævaricationis species & impropria committitur ab Advocatis & Procuratoribus, vel causæ Patronis, quando causam, cui patrocinantur, non ex fide defendant, sed adversario produnt: reticendo manifestanda, & manifestando reticenda, adversam partem potius adjuyvantes, suam negligentes.

gentes. l. 4. §. 4. ff. de his qui notant. infam. Cujus prævaricationis Plinius Secundus ille epist. 20. lib. 1. incusat Advocatū: 8
qui preterierit dicenda, cursim & breviter attigerit, quæ sunt inculcanda, infigenda, repetenda Quod verum esse arbitror, si doloso animo fecerit ad juvandam alteram partem, non si negligentia quādam vel culpā vel imperitiā. Cum imputare debeat sibi, qui tali causam orandam dederit. Dolus vero solum inducit hoc Prævaricationis crimen. Magis eum hoc crimen committere largior, qui judicem suspectum eligit & bonum recusat. Quæritur circa Advo- 9
 catum porrò: num Prævaricator sit, qui inspectus Actoris Instrumentis & cognitis Secretis in adversarii & Rei castra concedit. Et ita quidem sentiunt plerique Dd. Anton. Matthæus ta-
 men distinguit: num quaestio in Jure consistat vel in facto & prio-
 ri casu, putat nullum crimen contrabi, posteriori vero incidere legem Corneliam de Falsis. utpote, quod illa coerceatur ille, qui instrumenta penes se deposita prodiderit adversario.
 l. 1. §. 7s. ff. ad l. Cornel. de fals. Distingvunt etiam inter Ad- 10
 vocatum bonā pace dimissum & transfugientem, quod hic magis Prævaricator sit, quam ille, quod & tunc ab Advocato fieri creditur, si partem deserat, ut eo magis Adversari⁹ victoriam causā haberet. In hanc classem redigendi sunt omnino Advocati vel Procuratores Fisci, si non accusent de- 11
 bito modo, vel reticent crima, vel colludant cum delinquentibus. l. 3. C. d. Advocat. fisc. Generaliter enim omnes, qui non bona fide, integritate, studio causam defendunt, sed eam produnt adversario dolo malo, vel reticent oc-
 cultanda hujus sunt criminis Rei. P. H. O. art. 15. So ein Procurator fürsätzlicher gefährlicher weise.

Pœna hujus criminis non unius est generis: Aut enim 12
 Judicium publicum fuit, in quo prævaricatio facta ab ac-
 cusatore, Et hujus vere prævaricationis pœna erat TALIO,
 & accusatio ex l. Publicor. judiciorum. l. ult. C. d. calumnias.

DE PRÆVARICATIONE.

- 450
13. *I.6. §.2. C.d. cuf. reor.* Erat insuper pœna infamia *l.4. ff. b.t.* nec admittuntur ad accusandum. *l.5. ff. eod.* Quod si vero privato & extraordinario actum fuerit judicio, eadem pœnæ puniuntur Prævaricatores, qua reus, qui per prævaricationem absolutus est. *l. penult. ff. b.t.* Advocati vero citra ordinem & arbitrarie, de quibus tamen non interest, num in publico vel privato judicio prævaricati sint. *l.1. §.1. & l.3. §.2. ff. b.t.* Ex constitut. Crimin. art. *l.15.* Advocatus sive in civili, sive criminali causa, damnum restituere debet Clienti: & commodi habetur ratio, quod amisit, pœnæ arbitriâ corporali vel pecuniariâ reservata Judici. Qui si prævaricationis damnatus fuerit infamis sit: quod ob dolum condemnetur. *l.1. ff. d. bis qui not. inf. Farinac. quæst. crim. 4.n. 15.*
15. *Quamvis neget Duarenus.* Pœna quoque Rei in hoc crimen est, quod in eo, quod sanguinis pœnam non mereatur, pro confessio & convicto habeatur. Quod si tandem probata est Prævaricatio, uti probanda necessario est, quia non præsumitur, sententia rescinditur, adeo, ut contra reum absolutum aliâ via experiri liceat. *l.11. C.d. accusat. l.3. §.13. ff. d. hom. lib. exhib. l.3. §.1. ff. b.t.* Ubi tamen sciendum, quod sententia ipso jure non sit nulla, sed per restitucionem in integrum rescindenda, præsertim ob Advocati prævaricationem *Petr. Theod. coll. crim. disp. 3. tb. 14. lit. Q. Vant. d. nullitat. ex def. proceſ. n. 140.*

CAP. V. SECTIO VI.
DE RECEPTATORIBUS.

Ad tit. 16. ff. lib. 47. & C. cit. de his, qui Latrones vel alii criminibus reos occultaverint.

SUMMARI A.

1. Receptatio quale crimen.
 2. Et in proprio & alieno recepta sit.
 3. Non dolo malo, sed in scius malos recipiens, reus hujus non est criminis.
 4. Nisi delinquens sic notorius.
 5. Caupones scientes maleficos recipientes tenentur.
 6. Vis & coactio receptatores excusat.
 7. In genere omnium maleficorum
- recell-*



DE RECEPTATORIBUS.

491

- receptatio prohibita.
 8. Actio duplex.
 9. Pena Juris Civilis
 10. Pena arbitraria.
 11. Conciliatio LL.contrariarum. 12. Pena eorum, qui Bannios recipiunt.
 13. Quibus casibus pena Receptatorum mitigentur vel planè cessent.
 14. Epilogus.

Extraordinarium Crimen est etiam RECEPATIO. Quæ contrahitur ab eo, qui hospitio sciens exceperit latrones, vel alios sceleratos homines, eos, ne pœnam incurrerent vel delictum innotesceret, occultant, item, qui pecunia acceptâ cum apprehendere latrones possent, vel parte surreptorum dimittunt. l.i. ff.b.t. Ubi: pessimum genus receptatorum vocatur, ex eo, quod si non essent, diu latere nemo posset. Non refert hic, num quis in suo vel alieno recipiat. Vult. Jurisprud. Roman. lib. I.c. 47. Cujac. in P. ff. d. Receptat. Pro talibus vero non habendi, qui ignari sunt illorum, quos recipiunt, conditionis, præsertim si Caupo-nes sint, vel stabularii, vel nautæ, quorum munus est recipere & hospitium præbere. Quæ tamen ignorantia vide-
 tur esse suspecta, si delinquentes sint notorie malefici Pro-
 sper. Farinac. consl. crim. 37. n. 1. Bossius in tit. de Rapin. n. 1. Quod si enim & illi sciant, qui alias publicum diversorum exercent, non videntur expertes omnis criminis, nisi eos Magistratui indicent. Tiber. Decian. hb. 5. c. 51. n. 70. Gail. lib. 2. d. P. P.
 c. 10. nisi coacti ita fuerint ab illis, quos receperunt, ut sine vita periculo eos indicare non potuerint, nec eis hospitiū denegare vel possessionē, quod eam vi, vel armis arripuerint. Sic excusantur quoque ab hoc crimine, qui demum post aliquot dies indicant receptatos, vel eo fine receperunt ut indicent. Tenendum hic porro illud est, quod in genere omnium delinquentium receptatores hic intelligantur ob Rubricam. C.D. bis qui latron. vel alii, &c. Nec refert num Crimen sit publicum, vel Privatum, furtum, abi-geatus &c. Anton. Mattheus. d. crim. tit. 10. c. 1. n. 4. Actio proinde ex hoc criminis nascitur duplex. (1.) Civilis & Privata, quā convenit e.g. Receptator furis. &c. Vel (2.) Extraordinaria, quæ datur contra eum, qui recepit, & qui nulla alia actione conveniri potest.



- potest. Duaren. in Commentar. ad tit. ff. d. Receptatorib. Pœna non uniformis Jure Civili huic Crimini præscribitur. Eadem enim pœna jubetur receptatoribus, quæ receptis, imponi l. i. ff. b. t. Cui concordant multæ alia LL. quæ receptatores æquali pœna affici mandant. l.3. s.12. ff. d. Sæt. Silan. l.9. C. ad l. Jul. d. Vi &c. contra sunt LL. quæ pœnas non æquales dicitant, uti patet in receptatoribus abigeorum l. ult. ff. d. abigeis l.39. s. mulierem ff. ad l. Jul. d. adult. & alijs. Verum quicquid sit, antinomia vel veræ vel apparentis, Videtur esse potius statuenda huic criminis pœna arbitraria, pro qualitate & quantitate debiti mitior vel asperior Greg. Tholoson. lib. 37. Syn. tag. c. 15. Decian. lib. 5. c. 51. Communiter tamen Leges Civiles apparetur sibi contrarias conciliant, quod nempe eadem pœna ille sit afficiendus, qui receptator est societate quâdam & communione lucri talis: mitius vero puniatur, qui tantum receperit: excepto Crimine L. Majestat. Anton. Matth. d. crim. ad l. 47. tit. 10. cap. 2. n. 3.
- 11 In Imperio Romano Receptatores bannitorum & violatorum pacis publicæ pœnam violata pacis incurruunt. Constitut. Boni Land Frieden anno 1546. pr. §. Es soll auch den tit. Von Pein der Friede brecher. Vid. Cam. p. 2. tit. 20. Mitigatur vero, vel plane ceslat pœna Receptatorum, si persona fuerint receptæ, sanguinis vel matrimoniij vel alio quopiam proximitatis vinculo conjunctæ, & quidem argumento desumpto à minori ad majus, putant liberos & Parentes, Virum & Uxorem, prorsus excufandos, quod illa pœna dicatur mitigari in cognatis & adhiniibus; l.2. & ult. ff. b. t. Quod tamen Dd. limitant, nisi & complices fuerint delicti vel socii; quod societas probri non excusat, sed incusat. Anton. Matthaeus. tit. 10. cap. 1. n. 3. Vide plura apud Menoch. d. A. J. Q. c. 583. n. 6. Decian. tract. crim. 15. c. 51. Jodocum Damboud pr. crim. cap. 154. Quomodo vero sola scientia criminis futuri vel præteriti gravet conscientium sine receptione explicat & late diducit. Petr. Theod. Coll. crim. disp. 3. th. 15. lit. C. Adde Sigism. Flach Colleg. crim. disp. 3. th. 33. Jul. Clar. lib. 3. sent. qv. 87. §. ult. 12 Menoch. d. A. J. Q. lib. 2. c. 355. n. 2. Harprecht. d. P. J. ad. §. 5. Inst. Et hæc sunt illa crima, de quibus adhuc Extraordinariis nobis dicendum fuit, De ceteris enim, que iis annumerantur, ut Abigeatus, de quo est tit. 14. lib. 47. item de furibus Balneariis, Crimine Expilate hæreditatis, Termino Moto &c. jam dictum est. Disp. 1. circa Divisionem Furti.
- SUMMO VIRTUTUM OPTIMARUM AUTORI,
VITIORUM PROFLIGATORI MAXIMO, LAUS
& GLORIA PERPETUA, SEMPITERNA!


AB:153595

X2617270

R

Vd 17







Q. D. B. V.
COLLEGII CRIMINALIS PUBLICI
DISSERTATIO SEXTA

De
CRIMINE REPE-
TUNDARUM, FRAUDATÆ
ANNONÆ, AMBITUS, PECU-
LATUS, SACRILEGII,
Nec non
DE CRIMINIBUS EXTRAORDINARIIS.

Quam
Consensu Magnifici J^ctorum Ordinis
in Academia Wittebergensi

P R A E S I D E

Viro nobiliss., consultiss., excellentissimo
DN. WERNERO THEODORO MARTINI,
J. U. D. & PAND. P. P. CELEBERRIMO, CONS-
LIARIO SERENISSIMI ELECTOR. SAXON. CURIÆ ELE-
CTORALIS, CONSISTORII ECCLESIASTICI, FACULTA-
TIS ET SCABINATUS ASSESSORE GRA-
VISSIMO,

DN. Patrono, Preceptorre ac Promotore maxi-
mè venerando,

Publicæ ventilationi exponit,
DANIEL CALOVIUS,

Marggrabovvæ-Prussus.

In Auditorio J^ctorum A. D. XIV. Junii.

WITTEBERGÆ, LITERIS MICHAELIS WENDT/ Anno 1666.